Sulpitii Verulani oratoris prestātissimi opus insigne grammaticum feliciter incipit.



Cum in arte punctuandi (vt in aliis multis) plus doctrine conferat autorum imitatio: quam precepta: de punctis non multum dicendum censeo. idque de illis: quibus probatissimi vtuntur autores. Et/ quia nulla oratio perfecta (si interrogatiua non sit) plano sine puncto finiri debeat: ab eo incipiamus.

Punctus planus sic fit . poniturque post orationem perfectam: cum animus dictantis vlterius non pendeat.

Interrogatiuus est: qui interrogationem significat: ponitur etiam in fine orationis perfecte: et sic pingitur ? exemplorum satis dat pa. Uirgula sic fit / que solet gratia quietis poni ante: quam lxxxix.

sensus aliquis clausule haberi possit. exempla abundant vbique.

Coma est punctus geminus sic : quo vtimur: et vbi clausula maiorem quandam quietem habet: sensum tamen imperfectum: et vbi oratio videtur esse completa: cum non sit. quo etiam plerique autores vtuntur post orationes perfectas: quamdiu animus dictatoris pendeat.

Parenthesis est: vbi diuersa oratio (vt inquit Perottus) imperfecte adhuc orationi interponitur: et duas habet virgulas conuersas: alteram ante principium illius orationis interposite/ alteram post finem. Sed/ si oratio principalis perfecta esse non possit sine oratione interposita: ante principium illius orationis interposite ponatur vel coma/ vel potius virgula: quamquam nonnulli nihil illic vsurpant. post eius vero finem coma semper ponenda est.

Tabula tractatuum huius libri.

Amplissimo longeq; reuerendo patri et domino: domino Angelo pontifici Tiburtino et i agro piceno vicelegato dignissimo Sulpitius Verulanus cum plurima commendatione felicitatem.

Grammaticen quam in meorum vsum discipulorum ex diuersis latine lingue autoribus olim propere legeram: et (velut nondum coctam cererem esurientibus) subministraueram proxime: accuratius recognoui. Et additis plerisq;: et paucis mutatis: subtractisq; pauciorib⁹: postremam illi manum imposui. tradidiq; impressorib⁹: tue dominationis nomini dedicans. non eqdem: quo id voluptati tibi fore existimarem: sed vt omnes intelligerent: adeo me tue benignitati debere: vt nullus mihi sine tui nominis mentione libellus edatur. Vale domine mi. Perusie septimo idus Aprilis.

Sulpicii Verulani Examen.

GRāmatica ē recte loquele/ recteq́ꝫ scripture sciētia: orī-go/ et fons omniū liberalium artium.

Grammatice partes sunt quattuor. videlicet: litera/ syl-laba/ dictio/ et oratio.

Littera est minima pars vocis cōposite ex litteris: que scribi po-test individua. et dicitur a litura/ vel a legendo: quasi legitera: quia legentibus iter prebet.

Littere accidunt tria: nomen (quo appellantur) figura (qua depinguntur) potestas: qua valent.

Littere in alphabeto sunt due et viginti. A. b.c.d.e.f.g.h.i.k l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z.

Ex his quinq́ꝫ sunt vocales. a. e. i. o. v.

Vocales ideo dicte: quia plenam per se vocem faciunt. y. vo-lus greca est: et in grecis scribitur dictionibus: vt Tityrus.

Ceteras consonantes appellamus: quasi cum vocalibus sonan-tes. sunt autem sedecim. b.c.d.f.g.k.l.m.n.p.q.r.s.t.x.z.

H non est littera: sed aspirationis nota.

Consonantes dividuntur in mutas et semivocales. mute sūt nouē b.c.d.f.g.k.p.q.t. mute autē ideo dicte: quia respectu aliarum litterarum parum sonant.

Semivocales sunt septem l. m.n.r.s.x.z. Ideo dicte semivocales: quia plenam vocem non habent.

Ex his due sunt liquide.l. et r. Quas ideo liquidas appellamus: q: post mutas posite faciūt ꝑcedētē syllabam breuē: esse cōem. vt pharetra/ et pharetra: media longa/ vel breuis.

Dipthongus est conglutinatio duarū vocaliū vim suam servanti um in eadem syllaba. Dipthongi sunt quattuor. ae. oe. au/ et eu. harū due scribuntur: ꝛ non proferuntur. ae: ꝛ oe/ vt aene-as foenū: Au et eu scribūtur: ꝛ ꝓferuntur: vt audio/ ꝛ euge.

Syllaba est vox litteralis: que sub vno accentu/ ꝛ vno spiritu in-distanter profertur.

Syllaba constare potest ab vna ad sex lr̄as: vt a ab abs stra/ trans/ stirps. Accidunt syllabe quattuor: tenor/ sonus/ tempꝰ/ et numerus litterarum.

Dictio est minima pars orationis constructe: id est in ordine posi-te. pars autem quantum ad totū intellectum.

Oratio est ordinatio dictionum: congruam/ perfectamq́ꝫ sententiā demōstrans: Oratio est duplex: scꝫ grāmatica (que cōstare po-test ex nomine/ et verbo) et rhetorica: q̄ constat ex sex partibꝰ.

Pars orationis est vox indicans mentis conceptum.

Partes orationis sūt octo: nomē/ verbū/ participiū/ ꝓnomen/

prepositio, aduerbiũ, interiectio, et coniunctio. Ex his prima illa quattuor sunt declinabilia. Reliqua vero nõ declinantur. nomen et pronomen declinantur per casus. Verbũ per tempora, et modos. Participiũ per tempora, et casus.

Nomen est pars orationis: que vnicuiq; subiectorũ corporũ seu rerum cõmunẽ, vel propriam qualitatem distribuit. Nomini accidunt quinq;. spes, genus, numerus, figura, casus. Nominum aliud propriũ, aliud appellatiuum.

Propriũ nomen est: qḋ naturaliter vniuscuiusq; priuatam substantiam et qualitatem significat. Propriorũ nominũ quattuor sũt spẽs. prenomen, nomen, cognomen, et agnomen. Prenomen e: qḋ pponitur nomini dritc, vel amicitie causa. vt quintus, aulus, &c. Nomen ẽ ppriũ vniuscuiusq; suũ: vt cecilius. Cognomen est cognationis nomen: vt scipio. Agnomen est: qḋ ab aliquo euentu imponitur: vt numidicus, torquatus, africanus.

Appellatiuum est: quod naturaliter cõmune est multorũ: quos eadem substantia siue qualitas, siue quantitas generalis, & specialis iungit. gñalis: vt aĩal, corpus. specialis: vt hõ, lapis.

Species est: qua cognoscitur primitiuũ a deriuatiuo. Spẽs nominum due sunt: primitiua, & deriuatiua. primitiua: vt mons, deriuatiua: vt montanus.

De nominibus patronymicis.

Patronymicũ est: qḋ a propriis tãtũmodo deriuatur patrũ noibꝰ scḋm grecam formam: et significat cum genitiuo primitiui filium, vel nepotem: filiã, vel neptem: vt Eacides: filius vł nepos Eaci. Formantur patronymica abusiue a nominibus matrum: vt Iliades. auorum: vt atlantiades. regũ: vt cecropides. fratrũ vt phetontiades. vrbiũ, gentiũ, & regionũ: vt argolis, troas, thessalis. et qḋ vel masculina, vel feminina sũt: Masculina in des terminata: sic formantur: & sũt prime decliatõis.

Nomina primi ordinis mutant extremũ ę genitiui in a: & iũcta syllaba des reddũt patronymicũ: vt pelias pelie peliades, Enee aeneades. Enides enim contra regulam est. Anchises tñ anchisiades habet: et Laertes laertiades: cum patronymicum nũq; debeat primitiuũ gtũm nisi in vna syllaba: superare.

Secundi vero ordinis nomina, que in i puram terminant genitiuũ: sumũt des. vt priami priamides. Que in ij vertunt vltimũ i in a: et des capiunt: vt menetius menetij menetiades. Que

vero in ei: mutant ei in i longum: & sumũt des: vt thideus thidei thidides.

Si tertij sunt ordinis: a datiuo formãtur addita des syllaba: vt hectori hectorides / herculi herculides. Scipio tñ quanq̃ latinũ nomen: scipiades habet pro scipionides.

Patronymica femina in is: que tertie sunt declinatõis: fiunt a masculinis ablato de vt priamides priamis / aeneades aeneadis. virgilius tamen aeneis vsurpauit.

Sciendũ poetas quãdoq̃ vel addere syllabas patronymicis: vt atlantiades pro atlantides / peliades pro pelides: vel diminuere: vt deucalides pro deucalionides.

In ne patronymica feminina sunt: et formantur a genitiuis addita ne: vt Adrastus adrasti adrastine. Nereus nerei nerine ei in i longam. Acrisius acrisij acrisione penultima producta.

Possessiuum ẽ: qd cũ genitiuo principali fit aliquid ex his: q possidentur: vt Euandrius ensis: id est Euandri ensis.

Heteroclitũ nomen est: quod vario modo declinatur: vt hoc celũ: in plurali vt hij celi.

Nominũ aliud adiectiuum / aliud substantiuum. Substantiuũ nomẽ est: cui preponitur vnũ articulare tñ (vt hic poeta) vel duo ad summũ: vt hic et hec homo: Adiectiuũ nomen est: cui pponũtur tria articularia vel coniuncta / vel diuisa: vt hic & hec omnis / et hoc omẽ. Est etiam illud: qd variatur per tres diuersas voces: vt bonus bona bonum.

Genus est discretio sexus. Genera nominũ sunt septem. masculinũ: vt hic poeta. femininũ: vt hec musa. neutrum: vt hoc scãnũ. cõmune: vt hic et hec homo. omne: vt hic / & hec / & hoc felix. promiscuum: vt hic passer. incertum: vt hic aut hec dies.

Articularia masculina singularia sunt: Hic / huius / huic / hũc / ab hoc: femina hec / huius / huic / hãc ab hac: neutralia vero hoc / hui9 / huic / hoc / ab hoc. Pluralia masculina hij / horum / his / hos / ab his: feminina he / harum / his / has / ab his: neutralia hec / horum / his / hec / ab his.

O et heus aduerbia sunt: et preponuntur omnibus vocatiuis.

Numerus est dictionis forma: que discretionem quantitatis facere potest. Numeri nominũ sunt duo. singularis / et pluralis. singularis vt homo. pluralis: vt homines.

Figura est: qua simplex cognoscitur a ꝯposito / vel decomposito. Figure nominũ sunt tres. simplex: vt animus. ꝯposita vt magnanimus. decomposita: vt magnanimitas.

Verbi Examen.

Casus est declinatio nominũ, vel aliarũ casualiũ dictionũ: que fit maxime in fine.
Casus sunt sex. nominatiuus (qui et rectus) genitiuus (qui ꝛ patrius, et possessiuus) datiuus (qui et ꝯmendatiuus) accusatiuus (qui et causatiuus) vocatiuꝰ (qui et salutatorius) ablatiuus: qui et comparatiuꝰ, ꝛ latinus dicitur.
Obliqui sunt quattuor: genitiuꝰ, datiuꝰ, accũs, et ablatiuus.
Uocatiuus vero est ꝑse vocandi casus.

Declinatio est inflectio nominis.
Sunt autem declinationes nominũ quinq;: prima: q̄ facit gtĩm in ae diptongon: vt poeta poete. scdã in i: vt dñs, dñi. tertia in is: vt pater, patris. quarta in vs, vel in v: vt visus, visꝰ: cornu, ꝛ cornu. quĩta in ei diuisas syllabas: vt dies, diei: res, rei.

De verbo.

Uerbum est pars orationis cũ temporibus, et modis sine casu agendi, vel patiendi significatiuum.
Uerbo accidunt octo. genus, tempus, modus, species, figura cõiugatio, persona, cum numero.

Genera verborũ sunt quinq;. actiuũ, passiuũ, neutrum, commune, et deponens.
Uerborum aliud personale: aliud impsonale. personale est illud: quod habet numeros, et ꝑsonas: vt amo amas amat amamus amatis amant. Impsonale vero: quod caret numeris, et personis: vt miseret.
Uerbũ actiuũ est illud: quod desinit in o: et format passiuũ in or: vt amo amor. p̄ter do: qđ caret pma ꝑsona passiui. nã nõ dicimus dor. Passiuũ verbum est: quod desinit in or: ꝛ habet actiuũ in o: vt legor lego. Neutrale verbum est: quod desinit in o: et non habet passiuũ in or: vt gaudeo. Neutraliũ verborum species sunt quattuor: neutrũ purũ: vt sedeo. neutrũ substantiuũ: vt sũ. neutrũpassiuũ: vt vapulo. neutropassiuũ: vt gaudeo. Deponens verbum est: qđ finitur in or: ꝛ nõ habet actiuũ in o: ꝛ actiue fit (vt letor) preter nascor: quod passiue fit. Cõmune ē: qđ terminatur in or: et tam actionem, q̃ passionẽ fit: vt largior. Disce omĩa verba appellari accidentalia: preter substantiua: vt sum, es, est: et vocatiua: vt dicor, vocor, nominor, nũcupor, ꝛ appellor.

Tempora verboꝝ sunt tria: presens, preteritum, ꝛ futurũ. Sed p̄teritũ rursus diuiditur in tria: in p̄teritũ ipfectũ, p̄teritũ pfectũ,

⁊ p̄teritū plusq̄ pfectū. Pn̄s tēpus pp̄rie dicitur: cuius pars p̄teriit: pars futura est (vt docet Priscianus) quod fallit i verbis substantiuis/ ⁊ vocatiuis.

Modus est diuersa inclinatio aī: varios eius effect⁹ demōstrans. Modi verboꝝ sunt quinq̄: indicatiuus (qui ⁊ diffinitiuus) ip̄atiu⁹ (qui ⁊ p̄catiu⁹) optatiu⁹ (qui ⁊ desideratiu⁹) subiūctiu⁹ (q̄ ⁊ ꝯiunctiu⁹) infinitus: qui et infinitiu⁹. Imp̄atiu⁹ omis actiue vocis format p̄mā p̄sonā pluralis numeri a tertia singularis: t verso in mus. vt amet/ amemus: doceat/ doceam⁹: legat/ legamus: audiat/ audiamus. Tertia formatur ab eadē: n interiecto: vt amet/ ament: doceat/ doceant. Scd̄a pluralis formatur a scd̄a singularis addita syllaba te: vt amate/ docete/ legite/ e reuerso in i/ audite. Prima plural' futuri ip̄atiui silis est p̄nti. Scd̄a fit a scd̄a singl'aris addita te. vt amato amatote. doceto docetote. Tertia fit a tertia p̄ntis idicatiui addita o. vt amant amanto. Secūda p̄sona p̄ns p̄ntis imp̄atiui passiue vocis silis est scd̄e indicatiui: vt amamini. docemi. legimini. audimini. et mutata ni. in nor: fit scd̄a pluralis futuri. vt amamini amaminor. doceminι doceminor. Tertia fit a tertia actiui indicatiui addita or. vt amant amantor.

Spēs verboꝝ sūt due. p̄mitiua: vt amo. deriuatiua vt amaturio.

Figure verboꝝ sunt tres. simplex: vt taceo. cōposita: vt cōticeo. decomposita: vt conticesco.

Coniugatio est consequens verborum declinatio.

Coniugationes verboꝝ sunt quattuor. Prima: que in scd̄a p̄sona presētis indicatiui modi hēt a ante o/ ⁊ ris: vt amo amas. amor amaris. Scd̄a: q̄ habet e ante o/ et ris: vt doceo doces. doceor doceris. Tertia: que habet i correptū ante o/ ⁊ e ante ris: vt lego legis. legor legeris. Quarta: que habet i productū añ o/ et ris: vt audio audis: audior audiris. Verba/ q̄ cōiugatōnes nō sequūtur: appellantur anormala: vt sum.

Persone verboꝝ sunt tres: prima: vt amo. secunda: vt amas. tertia: vt amat. Et similiter in plurali.

Numeri sunt duo. singularis/ et pluralis. singularis: vt amo. pluralis: vt amamus. Prima p̄sona singularis ideo caret imp̄atiui: quia sibiip̄si imp̄are non potest. et p̄mā pluralis ideo habent: quia aliis p̄t imperare miscendo seip̄m. Prima p̄sona ideo p̄ponitur aliis: quia ip̄a loquitur: ⁊ p eā ostenditur. scd̄a: ad quā loquitur. et tertia: de qua loquitur.

Actiua verba ideo p̄ponūtur passiuis: quia naturaliter act⁹ p̄cedit passionem: que non potest esse nisi sit actus.

Participii et pnois Examen.

Volo vis caret imperatiuo: quia imperatiuus significat necessitatem: et voluntas quam significat volo: debet esse libera.

Ante verbum ideo ponitur nomen: quia cum verbum significet agere / et pati: necesse est: vt nomen in quo actio / vel passio sit: prius ostendatur.

De participio.

Participiū est pars orationis: que pro verbo accipitur: ex quo deriuatur: et genus / et casum habet ad similitudinem nominis: et accidentia a verbo absq; discretione personarū et modorum. Participio accidunt sex: genus / casus / tempus / significatio / numerus / et figura.

Genera participiorum sunt quattuor: masculinū vt amatus. femininū: vt amata. neutrū: vt amatū. oē vt hic / et hec / et hoc amās.

Casus sunt sex: vt in nomine.

Tempora participiorum sunt tria. presens cū impfecto: vt amās. preteritum cum plusqȝpfecto: vt amatus. futurum: vt amaturus et amandus.

Significationes sunt quinq;. actiua: vt amans. passiua: vt amatus. neutralis: vt seruiens. cōis: vt largiens. deponēs: vt loquēs.

Numeri duo sunt. singularis vt legens. pluralis vt legentes.

Figure participiorum sunt due. simplex: vt legens. decomposita vt perlegens.

Participiū transit in nomen quattuor modis. constructione: quādo ↄstruit aliter: ȝ verbū: aq descendit: vt amās virtutis. ↄparatione: vt doctior: id est magis doctus. compositiōne: vt indoctus. temporis amissione: quando nullum significat tempus: vt ego sum amandus: id est amari dignus.

Participia declinantur: vt nomina: pter pauca: que descendunt a verbis quarte coniugationis in eo desinentibus: qm mutant duas primas vocales in eu: vt iens euntis. quiens queuntis.

De pronomine.

Pronomen est pars orationis: que pro nomine proprio vniuscuiusq; rei accipitur: personasq; finitas recipit. Pronomini accidunt sex. species / genus / numerus / figura / persona / casus.

Spēs sunt due: primitiua: vt ego. deriuatiua: vt meus.

Prepositionis Examen.

Genera sunt quinqȝ. masculinū: vt hic. femininum: vt hec. neutrū: vt hoc. comune: vt nostras. omne: vt ego/ et tu.

Figure sunt due: simplex: vt is. composita: vt idem: quod cōponitur ex is/ et dem. Solū identidem decomposite figure est.

Persone sunt tres: prima: vt ego. secunda: vt tu. tertia: vt ille. Ideo prima/ et secunda psona vnica tantum pronomina hñt: quia non egent diuersis vocibus: quoniam semper presentes inter se sunt/ et demonstratiue. Tertia vero persona ideo hēt plura pronomina: quia modo demonstrat: vt hic. modo refert vt ipe modo presens est/ ꝛ vicina: vt iste: modo absens/ ꝛ longe posita: vt ille. Si enim super omnes alias partes oratōnis finit personas pronomen: recentissime tertiarū quoqȝ personarū differentia distincte proferturꝗ plurimas habet diuersitates.

Quatuor tantum pronomina habēt vocatiuos casus: Tu/ meus/ noster/ et nostras. et hoc quidem gratia possessionis est actū. Reliqua pronomina ideo vocatiuis caruerunt: quia debēt eē eiusdem psone p omnes casus. et prima psona non potest seipsam/ aut tertias vocare pronominū. Sui ideo nt̄m casū non habuit: quia cum significet passionē: persona que patitur: nō pt/ nisi per obliquos: ostendi. vel ad differentiam sis verbi. Pronomina non sumunt articularia in declinatione. sed nostras/ et vestras/ non tanquam pronomina: assumpserunt: sed quia sequuntur declinationem nominum tertie declinationis. Ego ꝛ tu ideo genera habuere confusa: quia cum demonstratiua sīt: secum genera ostendunt.

Modi declinationis pronominum sunt quatuor: primus continet tria pronomina: ego/ tu/ sui. secūdus continet quinqȝ: ille ipse/ iste/ hic/ et is. tertius quinqȝ: meus/ tuus/ suus/ noster/ et vester. quartus duo: nostras/ ꝛ vestras. Pronomina primi/ et secundi modi sunt primitiua. reliqui vero deriuatiua. Ipse ipsa ipsum: ideo non facit ipsud in neutrali voce/ sicut illud: qꝛ veteres dicebant: ipsus ipsa ipsum.

De prepositione.

Prepositio est pars orationis indeclinabilis: que preponitur aliis partibus orationis per appositionem: vt coram deo. per compositionem: vt impius. Prepositioni accidit casus tantum: accusatiuus videlicȝ ꝛ ablatiuus.

Aduerbii. inter. cōiūct. Examen.

De aduerbio.

Aduerbium est pars orationis indeclinabilis: que adiecta verbo significationem eius explanat: atq; implet.
Aduerbio accidunt tria: species/ significatio/ et figura.
Species due sunt: primitiua: vt clam. deriuatiua: vt clanculū.
Significationes sunt multe: vt qualitatis/ temporis/ similitudinis/ quantitatis/ et similia.
Figure sunt tres: simplex vt diu. composita vt interdiu. decōposita: vt imprudenter.

De interiectione.

Interiectio est pars orationis indeclinabilis: que mentis affectum significans: interiacet aliis partibus orationis.
Interiectioni accidit significatio tantum.

De coniunctione.

Coniunctio est pars orationis indeclinabilis coniunctiua aliarum partium orationis.
Coniunctioni accidunt tria: potestas/ figura/ et casus.
Potestas est vis: que coniungit: approbat: affirmat: continuat: et similia peragit.
Figure sunt due. simplex: vt et. composita vt etenim.
Ordines coniunctionum sunt tres. prepositiuus/ suppositiu⁹/ et cōmunis.
Hec vobis Camille/ et Marcelle/ ne in examine (qd̄ facitis) ineruditculi videamini: breuiter/ fideliterq; collegi. Quare vos velim ediscere optime. qd̄ si comperio: ad alia me vobis auxilia subministranda hortabor. Reliqua autē/ que soleo vos rogare: partim in donato: partim in meis regul' dedicistis. Que autem de speciebus appellatiuorum/ z possessiuorum/ diminutiuorumq; colligere potuissem: malo: hauriatis ex prisciano.

Finit Sulpicii verulani examen.

Sulpitii verulani de nominum declinatione opusculum cōpēdiolum.

Nomina per casus paucis variare docebo
 Te: quicunqz puer grammata nostra leges.
Nolo: in Alexandro perdas tua tempora frustra.
 Est breuis ille nimis: fuscus et ille nimis.
Multaqz preteriit: preceptaqz multa coegit
 Falsa. sed in multis ingeniosus erat.
Ergo age/ ne steriles totiens te sudat arena:
 Perlege Sulpitii candida dicta tui.
Nec/ qꝫ sim paruus/ durisqz in montibus ortus:
 Spreueris. a nobis commodo multa feres.

De ntō singulari prime declinatōnis.

PRime declinationis nomina aut in a/ aut in as/ aut i es habent singulares nominatiuos. in a terminata tam greca/ ꝙ latina/ tam masculina/ ꝙ feminina/ ꝙ cōia sunt: vt hic poeta/ hec roma/ hic/ ⁊ hec aduena. in as/ ⁊ i es greca: sunt tantum/ masculina: vt hic eneas/ hic anchises.

De gtō/ et datiuo singularibus.

Genitiui/ et datiui in ae diphthongon finiūtur: vt huius poetae/ huic poetae. veteres tamē genitiuū nominū in a desinētiū: plerūqꝫ in as ꝉminauerūt: vt hec familia/ huiꝰ familie/ et familias.

De accō/ vtō/ et ablatiuo singularibus.

Accusatiui in am desinunt: vt hunc poetam/ hanc musam.
Vocatiui/ ⁊ ablatiui in a: vt o poeta/ ab hoc poeta. Illa vero greca in as/ ⁊ in a/ etiam in an finiunt accusatiuos: vt hūc eneam/ et enean: hanc eginam/ ⁊ eginan. alia greca in es: accusatiuos in en emittunt: vt anchises anchisen. vocatiuos autem/ ⁊ ablatiuos in e: vt o anchise/ ab hoc anchise. interdum etiam in a more greco. Virgilius in tertio eneidos. Coniugio anchisa veneris dignate superbo. Idem et in quinto. Tum satis anchisa. Barbara propria in am non variantur: nisi in genitiuo/ ⁊ datiuo: vt hic adā/ huius ade/ hūc ade. reliqꝫ casus ntō silēs sūt.

De ntis/ et vocatiuis pluralibus.

Huius declinationis plurales nominatiui / & vocatiui in ae diphthongon desinunt: vt hi poete / o poete.

De genitiuis pluralibus.

Genitiui sunt in arum: vt horū poetarum. in um p syncopam ꝯposita / & deriuatiua nomina ꝓferuntur: vt graiugenum / & graiugenarum. dardanidum / & dardanidarum.

De dtis / et ablatiuis pluralibus.

Datiui / et ablatiui in is exeūt: vt his poetis / ab his poetis. Pauca tñ femina in ab⁹ hos casus hñt: vt deabus / filiabus / natab⁹ / eq̄bus / mulabus / libertabus. et vix plura: q̄uis antiq̄ dextrabus / & eabus dixerint. Et falsū est illud: ꝙ omia feminina / q̄ a masculinis in vs neutro carentibus trāsformantur: in ab⁹ hos habeant casus. Nam (vt inquit Valla) diuabus / puuignab⁹ / genitabus / asinabus / iuuencabus / ceruabus / lupab⁹ / vrsabus / libertinabus: patronabus / concubinabus / seruab⁹ / famulabus / dñabus / animab⁹ non dicimus. Et licet aliqui dixerint dominabus / & animabus: sed extra vsum profecto.

De accusatiuis pluralibus.

Accusatiui in as emittuntur: vt hos poetas.

De recto singulari scdē declinationis.

SEcūde declinationis nominū sex modis terminantur singulares nominatiui: aut enim in vm desinūt: vt templū. aut in er: vt caper. aut i ir: vt vir. aut in ur: vt satur. aut in vs: vt Virgilius. aut in eus diphthongon grecorum tantum: vt tideus / orpheus.

De genitiuis singularibus.

Genitiui singulares in i longum desinunt: vt templum templi. sed in quibusdam sunt pares: in quibusdam vna syllaba abundant. nam paucarum syllabarum / q̄ ntī sunt: esse non possūt. vnde i his gtis / quos poete minores ntis ꝓferūt: fit subtractio littere vltime p apocopē: vt peculi ꝓ peculij / Tuguri ꝓ tugurij. Omnes igitur genitiui huius declinationis vna syllaba rectos superant: vt vir viri / satur saturi / Thideus thidei. exceptis qui veniūt a ntis in vs / & in vm: qui pares sunt: vt virgilius virgilij / templum templi. et: qui formantur a ntis in er habentibus femininum in a: vt niger nigri nigra. ex his excipimus: que g / vel sp / vel n ante er syllabam habēt: vt miser miseri / prosp ꝓs

peri/ tener teneri. et a fero/ vel gero composita: vt armifer ar miferi/ armiger armigeri. excipitur etiam puer pueri/ liber liberi: qđ bacchum/ ꝛ ingenium significat. nam in alia significatōe libri facit. adulter adulteri/ socer soceri/ lacer laceri/ iber iberi penultima producta. item et eius compositum celtiber celtiberi: presbyter presbyteri: mulciber mulciberi. ꝛ mulciberis: dexter dexteri/ ꝛ dextri: asper asperi. et aspri: quando ē ꝓprium.

De dtis et ablatiuis singularibus.

Datiui/ ꝛ ablatiui in o formantur a genitiuis: vt Sulpitii sulpitio/ templi templo/ thidei thideo. Greca autem illa in eus: genitiuos in ei. vel eo/ et in eos more antiquo etiā habēt/ ꝛ datiuos in i: vt Orpheus huius orphei/ vel orpheo/ vel orpheos: huic orphi. Virgilius in bucol'. Orphi caliopea lino formosus apollo. Et in sexto eneidos. In foribus letum androgeo.

De accō et vocatiuo singularibus.

Accusatiuus omnis huius declinationis est in vm: vt hoc templum hoc templum: hic Thideus hunc Thideum. Sed ista in eus diphthongon greca/ emittunt hunc casum etiam in a: ꝛ vocatiuū in eu: vt hunc tideum/ ꝛ tidea: o tideu. Vocatiuus desinentium in er/ ꝛ in vm: similis est nominatiuo: vt hic magister/ o magister: et hoc templum o templum: hec Glycerium/ o glycerium. Ideoq̨ animaduertendum o Euandre/ o Thymbre/ o Teucre/ o puere/ et his similia: non esse a nominatiuis in er: sed a rectis in vs: vt Euandrus/ Thimbrus/ Teucrus/ puer⁹: vt antiqui dicebant. Nomina propria in ius terminata/ ꝛ i ante us habentia: vocatiuum in i remoto vs minorem nominatiuo vna syllaba finiunt: vt Virgilius o virgili: Pompeius/ o pompei: Caius/ o cai. Vetustissimi tamen dicebant o virgilie/ pompeie/ caie. Cetera in vs conuerso vs in e faciunt vtin: vt Priamus/ o priame. dicimus tamen o deus/ o lucus: o fili/ et o filie: o populus/ et o popule: o fluuius/ ꝛ o fluuie: o agnus/ et o agne: o vulgus/ et o vulge: o chorus/ ꝛ o chore: o pelagus/ ꝛ o pelage. que sic (vt plurimū) metri causa protulere autores. Vt ne aliquando ambiguam dictis meis fidem adhibeas charissime lector: volo te scire hec omnia ex illustribus me collegisse autoribus. quorum non posui verba: ne crebra interpellatio fastidium generaret: ꝛ ne ingenium puerile profusitate confunderem.

De ntō/ et vocatiuo pluralibus.

Nominatiui plurales/ ⁊ vocatiui huius declinationis in i longā desinunt: vt hi magistri/ o mgři. Sed neutra nomina hñt noīatiuos/ accusatiuos/ ⁊ vocatiuos in a: vt hec templa/ hec templa/ o templa.

De genitiuo plurali.

Genitiui in orum terminantur: vt horum templorum/ horum dñorum. proferuntur etiam in vm ab autoribus genitiui masculini neutro carentes: siue p sincopam/ siue q̄ i um naturaliter exeant: vt deum/ ⁊ deorum: nūmū/ ⁊ nummorum. Mille nūmū tamen/ ⁊ mille denarium: non mille nūmorum/ ⁊ mille denariorum. trium virū: sed non trium virorum: vt Varro docet.

De datiuis/ et ablatiui.

Datiui/ ⁊ ablatiui in is proferuntur: vt his templis/ ab his templis. Sed ludorum/ ⁊ festorum nomina (illa semp pluralia) tam in ū/ q̄ in orū genitiuos emittunt: datiuos autem/ ⁊ ablatiuos ibus: vt horum Saturnalium/ ⁊ saturnaliorum: his saturnalibus/ ab his saturnalibus: hor Vulcanalium/ ⁊ vulcanaliorum: his vulcanalibus: ab his vulcanalibus.

De accusatiuis.

Accusatiui in os exeunt: vt hos dominos/ hos platanos.

De ntō tertie declinationis.

TErtie declinationis singulares nominatiui varie terminantur. desinunt enim in a: vt poema. In e: vt hoc cubile. In i nullum est nomen: nisi illa monoptota neutri generi: gūmi/ sinapi/ frugi/ nihili/ mancipi/ nausi/ huiusmodi/ ⁊ similia. In o: vt hic leo. In al: vt hoc animal. In el: vt mel. In il: vt hic/ ⁊ hec vigil. In ol: vt hic sol. In vl: vt consul. In an: vt hic titan. In en: vt hoc numē. In in: vt hic delphin. quanq̄ dicimus etiam hic delphinus delphini. In on: vt hec sydon sydonis. In ar: vt hoc calcar. In er: vt hic vomer. In ir: vt hoc gadir. In or: vt hic orator. In vr: vt hic turtur. In as: vt hic mecenas. In es: vt hic pes. In is: vt hic collis. In os: vt hic flos. In vs: vt hoc tempus.

Tertia declinatio.

In es dipthongo: vt hic praes. In aus quoq;: vt laus. In ãs: vt amans. In ens: vt mens. In ins: vt tyrins. In ons: vt mõs. In uns: vt aruns. In ars: vt pars. In ers: vt iners. In ors: vt mors. In urs: vt tyburs. In uls: vt puls. In abs vt trabs. In ebs: vt plebs. In ybs: vt calybs. In obs: vt scobs. In urbs vt urbs. In aps: vt daps: q̃uis in vsu non sit. In eps: vt adeps. In ops: vt inops. In yps vt cinyps. In irps: vt stirps. In ms: vt hyems. In ax: vt fax. In ex: vt fex. In ix: vt nix. In ox: vt nox. In ux: vt nux. In aux: vt faux. In alx: vt falx. In anx: vt lanx. In unx: vt coniunx. In arx: vt arx. In ac. vt lac. In ec: vt allec. In id: vt hic dauid. In ud: vt bogud. In ut: vt caput. Sed alique terminationes ex his interdum ꝓducte: interdum correpte inueniuntur. q̃s quidem, cũ de genitiuo tractabitur: cognosces.

De genitiuo tertie declinatõnis.

Genitiui hui⁹ in is correptũ desinũt: excepto hui⁹ vis: qđ ꝓducit.

A. In a rectũ finientia: addita tis syllaba faciunt genitiuum: vt poema poematis, schema schematis.

E cor. In e correptum terminata: e in is vertunt: vt monile monilis. cepe indeclinabile est. dicimus etiam hec cepa cepe.

E pro. In e productum greca sunt: ꝛ propriam seruant declinatõnationẽ: vt hec Penelope penelopes, et rhetorice rhetorices.

O. In o si feminina sunt: et g, vel d. ante o h̃nt: o in i breuẽ vertunt: ꝛ accepto nis formant genitiuum: vt virgo virginis, dulcedo dulcedinis. cõpago tamen compagis: Dido didonis facit, ꝛ didos vel didus. Calisto etiam calistonis, ꝛ calistos vel calistus: ꝛ alia huiusmodi. Cetera vero q̃cũq; seruant o longũ: vt iuno iunonis, caupo cauponis: preter hec cardo cardinis, ordo ordinis, homo hominis (vetusti tamen homonis dixerunt) nemo neminis, turbo turbinis: quando est appellatiuũ, Appello appollinis, hic cupido cupidinis, margo marginis, Brito britonis populus. caro carnis format. Anio fluuius anientis facit.

C. D. T. Lac lactis, allec allecis, Bogud bogudis, Dauid dauidis, caput capitis. et sic eius cõposita. sinciput sincipitis, occiput occipitis. Nepet oppidi nomen indeclinabile est.

Al. In al desinencia si neutra sunt: formant genitiuum in alis lõgum: vt hoc animal animalis. Si masculina: habent illud a breue: vt Hanibal hanibalis, hic sal salis.

El. In el addita lis: formant gtūm: vt mel mellis.

Il/ol/vl/am. In il/in ol/ꝛ in vl sumūt is: vt vigil vigilis/ sol solꝭ consul ꝯsulis: nihil nomen indeclinabile ē: sic et nequam.

An. In an terminata a longum seruant: ꝛ formāt gtīn addita is: vt titan titanis/ pan panis. Greci tamen habent hoꝝ noim genitiuos in os: vt pan panos/ Titan titanos.

En cor. In en correptum mutant e in i etiam breue: et assumpta is: faciunt genitiuum: vt hic flamen flaminis/ hoc numen numinis.

En pro. In en productū accipiunt is: vt lien lienis/ ren renis/ rien rienis/ syren syrenis/ splen splenis.

In. In in assumūt is penultima ꝓducta: vt Phorcyn phorcynis/ delphyn delphinis

On. In on assumpta is: gtīn confuse cōmittunt: vt Symon symonis/ Mennon mennonis. Nonnulia tamen accipiunt tis: sicut Lacoon lacoontis/ et Demophon demophontis.

Ar. In ar accipiunt is: vt Cesar cesaris/ nectar nectaris/ par paris. pe cor. sed far farris facit ad dr̄am verbi faris. et nar narꝭ producit a/ Sed neutra si deriuatiua sūt: producūt a in obliquis casibus: vt a lupa lupanar lupanaris/ a calce calcar calcaris. epar autem epatis facit.

Er. In er finita sumunt is: ꝛ gtīn pe. co. reddunt: vt carcer carceris. mulieris autem protrahitur. Statius: Si qua deū soboles: si qua est mulieris origo. Uer veris producitur. Adiectiua tamen in cer/ que feim in is habent: vertunt cer in cris: vt alacer alacris: veteres tamen alacris in masculino etiam ꝓtulerunt: Terentius. Quid tu es alacris? Sed celeber celebris facit/ ꝛ saluber salubris. Imber imbris emittit. sic et eius composita september septembris/ october octobris/ nouembris/ decembris. Mulciber vero mulciberis: vt supius diximus. Illa quidem/ que in ter habent rectos: vertunt ter in tris: vt frater fratris. Aether tn̄ aetheris dicimus/ later lateris/ iter itenerꝭ correpta penultima. crater aūt crateris/ stater stateris/ ꝛ panther pantheris ꝓducta. Quidam bene addi volunt character characteris. Jupiter iouis facit: licet antiqui iupitris/ ꝛ iupiteris dixerunt/ ꝛ iouis in ntō. accipiter accipitris ꝓferebant veteres: sic ꝛ opiter/ marspiter diespiter.

Ir. In ir sumunt is: ꝛ penultimam corripiunt: vt Gadir gadirꝭ/ ir iris: vt Carisius declinauit.

Or. In or/ si masculina/ aut feminina/ aut communia sunt: addi-

ta ior: ⁊ producto o formant gtīū: vt hic orator oratoris / hec soror sororis / hic ⁊ hec auctor auctoris. memoris tamē corripit o: sic rhetoris / arboris / bicorporis / tricorporis / roboris. indecoris ⁊ si produci debeat: corripitur tamen. Sic ⁊ illa vetusta marciporis / et publiporis. sic ⁊ ppria greca: vt Hectoris / Actoris. Neutra quoq; o breue seruant: vt marmor marmoris. cor autem cordis facit.

Ur. In ur omnia sumpto is / ⁊ correpto u: gignunt genitiuos: vt vultur vulturis / fulgur fulguris. furis tamen producitur. robur vero roboris / ebur eboris / femur femoris / iecur iecoris / et iecinoris corripiunt o litteram.

As / In as latina ablata s / et addita syllaba tis reddunt genitiuos: vt Mecenas mecenatis. Arpinas arpinatis. Excipimus hec monosyllaba. hic as assis / hoc vas vasis (que i plurali est secunde declinationis) hic vas vadis: hic mas maris. hoc phas et nephas indeclinabilia sunt: sic hic / et hec / et hoc nugas. Greca autem huius terminationis habent apud illos in dos / vel in tos genitiuum: quem vertunt apud nos in tis / vel in dis: vt Calchas calchantos / calchantis / gigas gigantos gigantis / Diamas diamantos tis. Adamas adamantos tis. Palas proprium viri palantos palantis. Pallas dea pallados palladis / lampas lampados dis / Archas archados archadis / Menas menados dis.

Es cor. In es corr. ptū latina / qui masculini / vel communis generis sunt: mutato es in i breue / et addito tis: faciunt genitiuū: vt hic stipes stipitis / hic et hec miles militis. excipiuntur illa: que ae dipthongō habent in penultima / et que a verbis deriuantur: que e seruant breue: vt hic / ⁊ hec teres teretis: hic / et hec hebes hebetis. sic declinantur i ante e habentia: quamuis longū es habeant: vt aries arietis / paries parietis. tamē hic / et hec inquies producit genitiuum inquietis. feminina quoq; e breue seruant: vt seges segetis. Sed pes / ⁊ composita ab eo: quamuis producant aliquando es: formant in edis genitiuum correpto e: vt compes compedis. tripes tripedis. apes vero apis habet. A sedendo autem deriuata in idis correptum emittuntur: vt obses obsidis / deses desidis. sedes aūt sedis habet.

Es pro. In es longum: siue greca / siue latina sunt: mutata es in is reddunt genitiuos: vt cedes cedis: Achilles achillis / ⁊ achilli. Antiqui enim huiusmodi grecorum nominum genitiuos etiam in i terminauerunt. Virgilius.

Atq; immitis achilli. Nunc acris oronti. Chremes autem cremis / ⁊ cremetis. etiā laches lachis / et lachetis / ⁊ itis. Rhamnes rhānis / et etis. Sic et multa grecoꝝ variantur: Ceres tñ cereris facit / merces cedis. heres edis. locuples etis / quies quietis (quod olim quinte fuit declinatōnis) agnes etis. magnes magnetis.

Is pro. In is longum desinentia latina ablata s / ⁊ addita tis pariunt gtīn: vt hec lis litis: hic et hec dis ditis: glis glitis. excipitur glis gliris / et glis glissis. Illa quoq; tam in er: ꝙ in is finita nomina regulam seruāt in er terminatoꝝ: vt hic puluis ⁊ puluer pulueris: hic cucumis / et cucumer eris: hic cinis / ⁊ ciner cineris: hic vomis / et vomer eris: hic et hec pubis / ⁊ puber eris: et pubis dicitur / et pubes genere feminino: ⁊ significat multitudinem.

Is cor. Cetera in is correptum: similem habent genitiuū noīatiuo: vt hic collis huius collis. excipitur hic lapis huius lapidis / pollis pollis / cuspis cuspidis / se nis semissis pondus: nā ꝓ dimidio non declinatur. cassis cassidis / hic sanguis sanguinis. hic / et hec exanguis huius exanguis facit: nec pmitiuū imitatur. hec capis capidis. hic ⁊ hec potis ⁊ hoc pote huius potis habet. ex quo componitur poteuolo poteuis poteuult: ⁊ potissum potises potisest. Greca in is / si in genitiuo greco consonantem habuerint ante os: illud o in i mutant: et gtīn latinū faciunt. vt Simois simoentos tis: qd̄ e āte n suscipit. Adonis dos dis. Doris dos dis. Similiter patronymica: vt aeneis aeneidos dis. Preterea egis dis / iaspis iaspidis / clamis clamidis / sardis sardinis lapillus / aspis dis / Ibis ibidis / Isis isid/ Paris paridis ⁊ paris. Tigris tigridis / ⁊ trigris: Tybris tybridis / et tybris: Tethis thetidis / ⁊ thetis mater Achill: Thetys thetyos ⁊ thetys vxor Oceani.

Os. In os masculina perdunt s: ⁊ sumūt ris: vt mos moris. nepos tamen nepotis facit: qd̄ olim communis fuit generis. Cetera in os in otis habent genitiuū producto o: vt hec cos cot/: hic / ⁊ hec sacerdos dotis: bos tñ bouis hꝫ: os ossis / os oris / custos custodis. Arbos / honos / labos / lepos / odos (qm̄ in or terminantur) supra docuimus: quos habent genitiuos.

Os gre. Greca quidē in os: gtīn grecū sequūtur: os finali in is cōuerso: vt heros heroos herois / mines minoos minois. Athos

Us cor. In vs curtū / si neu (aūt athonis Cicero declinauit. tra sunt) deponūt vs: ⁊ oris corripiūt: vt corpus corporis. Illa tñ in dus / lus ⁊ nus: eris corripiūt: vt pōdus pōderis / vellus

Uellus velleris. munus muneris. sed facinus facineris habet. pignus pignoris, et pigneris (vt vult Priscianus) fenus fenoris, ⁊ feneris: penus penoris, olim penuris ⁊ peniteris. Que aũt verba in ero desinentia habent: in eris correptum faciunt genitiuos: vt vlcus vlceris, vlcero vlceras: olus oleris, olero oleras. tempus vero temporis facit. hoc pecus pecoris, hec pecus pecudis. hic intercus intercutis producit u. hec acus aceris, hic lepus leporis. Comperatiua quidem ponunt us: et oris producunt: vt fortius fortioris, melius melioris.

Us pro. In us productã remoto s: tis sumũt: ⁊ seruant u longũ: vt salus salutis. tellus vero telluris habet, incus incutis, palus paludis. Et monosyllaba deposito s: uris producũt v. mus muris. sed grus gruis facit, ⁊ sus suis.

Aes. In aes dipthongon duo latina inueniuntur: hoc aes eris, hic praes praedis.

Aus. In aus feminina sunt: ⁊ in dis gtĩ habent: vt fraus fraudis, laus laudis.

Bs. Ms. Ps. In bs, ms, ps, desinentia formant gtĩ interposito i: vt vrbs vrbis. Hyems hyemis. inops inopis. sed si añ bs, vel ps e habuerint: ⁊ non sunt monosyllaba: illud e in i vertunt: vt celebs celibis, princeps principis. auceps aucupis facit. Et a capite composita remouent s: ⁊ e in i mutant: ⁊ sumũt itis: vt anceps ancipitis, biceps bicipitis, triceps tricipitis. antiqui tamen ancipes, bicipes, tricipes dixerunt.

Ls. Ns. Rs. In ls, ns, rs, desinentia: ablata s, ⁊ sumpta tis: emittunt gtĩ: vt puls pultis, mons montis, pars partis. frõs autem (licet non sit in vsu) frondis facit: cũ folia arborũ significat. nam frons frontis capitis est pars. Lens lendis aial: lẽs lentis legumen. et glans glandis facit. Excipiũtur quoqꝫ iẽs, rediens, pteriens, ⁊ cetera ab eo is deducta: qñ in euntis terminant gtĩ: vt iens eũtis, pteriens pterieũtis. ambiẽs vero ãbientis habet. Et libripens libripendis. quincũs quincũtis: ⁊ sic reliqua ab vncia declinantur. aruns autem aruntis facit. vecors, et enim cor de composita primitiuum sequuntur.

X. In x si a verbis in go declinantur: ablata x, ⁊ addita gis faciunt gtĩ: vt grex gregis, grego gregas: lex legis, lego legis. remex tamen remigis e in i mutat. coniunx vero coniugis dicimus remota n lfa: quam in plurali ⁊ in omnibus obliquis pdit. frux quo non vtimur: frugis habet. Cetera oĩa latina perdunt x: et cis capiunt: vt fallax fallacis, nex necis. fex fecis. Sed si e añ x hẽant: neqꝫ sint monosyllaba: nec ab illis cõposita:

mutant e in i correptum per obliquos casus: vt apex apicis / vertex verticis. similiter masculina corripiunt penultimam: vt fornix fornicis. Reliqua in x penultimam producunt: vt felix felicis / fornax fornacis / phenix phenicis. excipimus grex gregis / crux crucis / fax facis / nux nucis / pix picis / dux ducis / trux trucis / coniunx coniugis / salix salicis / silix silicis / pellex pellicis / nix niuis / senex senis. nox autem noctis habet / pernox pnoctis / sphynx sphyngis et sphynges / suppellex suppellectilis.

De datiuis singularibus.

Datiui huius declinationis in i producti a genitiuis remoto s: deducuntur: vt huius patris / huic patri. sed si a grecis descendunt: aliquando corripiuntur: vt Statius in achille. Palladie litore celebrabat Syrus honores.

De accusatiuo singulari.

Accusatiui a datiuis / i mutato in em: formantur: vt patri patrem. Sed quedam in im faciunt: et greca sunt fere / et in is terminata: vt caribdis charibdim / syrtis syrtim / Tethys tethyos tethym / Neapolis neapolim / et alia huiusmodi.

At ista in em / et in im: turris turrem / et turrim: torquis torquem / torquim: buris burem / et burim: securis securem / et securim: bipennis bipennem / et bipennim: puppis puppem / et puppim: restis restem / et restim: peluis peluem / et peluim: febris febrem / et febrim. Uis vim tantum / Tybris tybrim / et tyberis tyberim / sitis sitim / tussis tussim / maguderis maguderim: Reliqui accusatiui greci huius declinationis frequenter etiam terminantur: in a vt lampas lampadem / et lampada: aetherem / et aethera: aerem / et aera: thorax thoracem / et thoraca: syren syrenem / et syrena. hic delphin hunc delphina tantummodo. Nonnulla in on habent hunc casum: vt Dido didon / et in o etiam vt dido / et alecto. Uirgilius. Luctificam alecto. Neutri autem generis nomina accusatiuum / et vocatiuum similem nominatiuo habent: vt hoc corpus / hoc corpus / o corpus.

De vocatiuis singularibus.

Vocatiui similes sunt nominatiuis: vt hic pater o pater. Inueniuntur tamē greca: que vocatiuum seruant grecum: vt hic Pallas o palla/ hec Thebais o tebai/ hic Chremes o chreme/ o Achille/ o Lache.

De ablatiuis singularibus.

Ablatiui aut in e/ aut i: aut in e/ & in i finiuntur. Neutra in e terminata: ablatiuū i i faciūt: vt hoc mare ab hoc mari/ hoc monile ab hoc monili. antiq autem ab hoc mare/ monile/ cubile dicebant: sic et recentiores. Sed ista neutra non in i: sed in e ablatiuum casum emittunt: rete/ gausape/ presepe/ soracte/ preneste/ celene.

In al quoq & in ar exeuntia: in i terminant: vt ceruical ceruicali/ calcar calcari. dicimus tamen sale/ lare/ par pare et pari. Item masculina/ & coia vel in er/ vel in is desinentia: si faciūt in e neutrū: ablatiuū in i efferūt: vt hic pedester hec pedestris & hoc pedestre ab hoc pedestri/ salubri/ celeri. hic & hec omis & hoc omne ab hoc & ab hac & ab hoc omni. vtili/ regali. Marcialis marciali: quando ē adiectiuum. Nam propria nomina appellatiuis similia ablatiuum habent in e: vt hic Iuuenalis ab hoc iuuenale/ hic Marcialis ab hoc le. Illa etiam/ que accusatiuū in im habent: ablatiuū in i finiunt: vt tussim tussi. Neapolim neapoli. Que vero in em/ & in im: in e & i termināt: vt puppe/ & puppi: reste: & resti. bipennis autem bipenne tantū.

In is/ & in er mensiū nomina terminant hunc casum in i: vt Aprilis apuli/ Septēber septēbri. Imber quidē imbre/ & imbri format.

In er cuiuscūq generis nomina/ nec in is terminata: abltiū in e solum emittunt: vt paup paupe/ vber vbere/ degener degenere. Sed terminata in uis: vt auis/ In guis: vt anguis/ In gnis: vt ignis/ In ctis: vt vectis/ In mnis: vt amnis/ et omis generis noia/ et compatiua omnia/ et verbalia in x/ et gentilia in as: ablatiuum in i/ & in e faciunt: vt aui & aue/ angui & angue/ igni & igne/ vecti & vecte/ amni et amne/ amanti & amante/ fortiori & fortiore/ victrici & victrice/ Arpinati & arpinate. Rudis tamen adiectiuū rudi solūmodo habet. qñ vero ē substātiuū rude. Sospes quidē/ & hospes sospite/ & hospite. postis poste/ & posti. strigilis strigili tantū. Pugil pugili & pugile: vigil vigili/ et vigile. Reliqua omīa tertie declinatōis in e finiūt ablatiuū: vt clades clade/ classis classe: nisi sua licentia versus causa verterint poete (Virgilius: Aduectū eneā classi) quāq datiuū esse multi velint.

De ntis/accis/et vtis pluralibus.

Nominatiuus/accus. et vocatiu9 pluralis tertie declinationis finiuntur in es: vt hi patres/hos patres/o patres. Sed illa/que in is terminantur: et finiunt genitiuum pluralem in ium: emittunt accusatiuum in es/et in is: vt hos/et has omes/et omnis: hos ignes/et ignis/Pauca quidem habent nominatiuum/et accusatiuum in is: vt hec Sardis has sardis: item alpis/syrtis/trallis.

Neutra vero nomina hos casus in a terminant: vt hec corpora/hec corpora/o corpora. Illa autem neutra que in i/vel in e/et in i finiunt ablatiuum: formant hos casus ab ipsis ablatiuis in i addita a: vt pare vel pari paria. felice vel felici felicia. excipiuntur ista/que non seruant i ante a: vt ludicra/vetera/amplustra: verum amplustria quoque legimus. Pleraque autem greca habent accusatiuum in as breuem: vt pliadas/hiadas/lampadas/colchidas.

De genitiuo plurali.

Genitiuus pluralis fit a singulari ablatiuo: et aut in vm/aut in ium terminatur: aut in ium/et in um siue natura siue per sincopam. Illa ergo/que ablatiuum in i/aut i/et in e habent: suscipiunt um: et faciunt genitiuum: vt ab hoc cubili cubilium/ab hoc animali animalium. a felice/et felici felicium: a sapiente/et sapienti sapientium. Multa tamen ex his/que tum in i solum finiunt ablatiuum: tum in i/et in e: per syncopam proferuntur: vt sapientum pro sapientium: merentum pro merentium. Sed comparatiua in vm tantum emittuntur: vt horum et harum et horum fortiorum/maiorum. Similiter dicimus vetus veterum/vigil vigilum/pugil pugilum/memor memorum/complicum/supplicum/artificum.

Que in duas desinunt consonantes: et ablatiuum in e faciunt: e in ium vertunt: vt mars martium/fons fontium/frons frontium/vrbs vrbium/ars artium/cohors cohortium/consors consortium: preter in ms/et ps desinentia: vt hyems hyemum/princeps principum. ex his tamen excipimus composita a capite: que finiunt genitiuum in ium: vt tricipicium/bicipicium: nisi per syncopam succidantur.

Illa quoque/que in genitiuo singulari pares habent syllabas in ium emittuntur: vt collis collium/caro carnium/apes apium (Iuuenalis in quinto. Examenque apium longa consederit vna) cedes cedium. sed similia in es frequentius in vm terminantur: vt vatum/et vatium: sedum et sedium. iuuenis autem iuuenum facit/canis

canum/ panis panum/ indoles indolum: her esum.
Item in as latina: in ium exeunt: vt Arpinas arpinatium ciuitas ciuitatū/ probitas probitatū. proferuntur vero ista etiam in um siue natura vel potius p syncopā: vt ciuitatū/ pbitatū.
Similiter nomina tantum pluraliter declinata/ et in es terminata: in ium faciunt: vt vires virium/ penates penatiū/ tres trium/ Opes opū (potius q̄ opiū) proceres procerum.
In is longum desinentia/ et crescentia in genitiuo: etiam in iū hunc casum habent: vt lis litiū/ sannis san ntiū. Nox quidem noctium facit nix niuiū/ suppellex suppellectiliū/ cor cordium/ plus pluriū/ fel felliū/ allec allictiū. a melle mellium non inuenitur. nec a lacte lactium: nisi a lactibus: qd numero plurali tātūmodo declinatur. Cetera omnia terminant genitiuū pluralē in vm: vt consul consulum/ virtus virtutū/ caput capitum pater patrū. Ales aūt habet al tū/ et alituū: sed figurate iquit Seruius. Bos boum p sincopam: et datiuū/ et ablatiuū bobus.
Composita vero simplicium regulam plerumq3 sequuntur: vt vecordium/ et inopium.

De datiuo/ et ablatiuo pluralib⁹.

Datiuus/ et ablatiuus plurales a singulari genitiuo nascuntur: in tertiecta bu: vt huius patris his patribus ab his patrib⁹. Sed neutra in a finita: habent hos casus in is: vt hoc teoreuma/ his teoreumatis/ ab his teoreumatis: hoc poema/ his poemat/ ab his poematis. faciūt etiā in bus: Prisciano teste.

De recto singulari quarte decliatōis.

Quarta declinatio duas habet in nominatiuo terminatōnes: vs/ et v: vt hic visus/ et hoc cornu. sed in v terminata neutra sunt et omēs singulares casus in v finiunt. In vs autē masculina/ aut feminina sunt.

De genitiuo singulari.

Genitiuus ergo in vs terminatorum exit in vs productum: vt visus huius visus. vetustissimi tamē in uis syllabas terminabāt/ et datiuū in ui: vt hic senatus/ huius senatuis/ huic senatui. hic metus/ huius metuis/ huic metui. huius rei Aulus gelius est approbatus assertor.

De dtō/ accō/ vtō/ et abltō singularib⁹.

Datiuus nunc terminatur in ui: vt huic visui.
Accusatiuus in vm: vt hunc visum.
Uocatiuus est similis nominatiuo: vt o visus.
Ablatiuus in v finitur: vt ab hoc visu.

De ntō/ accusatiuo/ et vtō pluralib9.

Noīatiuus/ accusatiuus/ ꝛ vocatiuus plurales in us exeūt: vt hi/ hos/ ꝛ o visus. Uerū neutra illa ī v terminata hos casus a ntō formāt a͛dita a: vt hec cornua/ hec cornua/ o cornua.

De genitiuo plurali.

Genitiuus in uum finitur: vt horum visuum.

De datiuo/ et ablatiuo pluralibus.

Datiuus/ ꝛ ablatiuus in ibus: vt his visibus. Aliq̄ tamē differentie causa accipiunt v ante bus: vt hū artus/ his/ ꝛ ab his artubus/ arcubus/ partubus ad drāꝫ hoꝝ nominū ars/ arx/ pars. Inueniuntur tamen aliqua/ nulla differentia impellente: v an bus seruare: vt lacubus/ tribubus. similiter portubus/ acub9/ quercubus/ specubus: quanq̄ ꝛ speciebus. Et qm̄ domus est partim q̄rte/ partim scdē declinatōis: ne in eius variatōne q̄s decipi possit: p singulos casus declinare volumus.

Hec domus/ huius domus/ ꝛ domi: huic domui: hanc domum: o domus/ ab hac domo: In plurali he domus: harū domorum/ ꝛ domuū: his domibus: has domos: o domus: ab his domib9.

De recto singulari quinte decliatōis.

Quinte declinationis noīa terminant nt̄m/ et vt̄m in es: vt hec species/ o species. et omnia sunt generis feminini: excepto dies: quod in singulari nūc masculini/ nūc feminini generis reperitur. at in plurali semp masculinū est Meridies quoqꝫ masculini generis est.

De gtō/ et dtō singularibus.

Gtūs/ ꝛ dtūs finiuntur in ei diuisas syllabas: vt hui9 speciei/ huic speciei. Veterꝭ tn̄ gt̄m in es aliq̄ terminarūt: vt hui9 species: huius dies. Uirgilius ī georgicis. Libra dies/ somniqꝫ pares vbi fecerit horas. Terminant et in e: vt huius die/ ꝛ in ii. vt huius dii. Uirgilius in primo enei. Munera leticiamqꝫ dii. Et dt̄m in e: vt huic facie: Gellio teste.

De accusatiuo singulari.

Accusatiuus fit a nominatiuo mutato s in m litteram: vt hec species, hanc speciem.

De ablatiuo singulari.

Ablatiuus in e desinit: vt ab hac specie.

De nominatiuo, accusatiuo et vocatiuo pluralibus.

Nominatiuus, accusatiuus, et vocatiuus plurales similes sunt nominatiuo singulari: vt hec et has, et o species.

De genitiuo plurali.

Genitiuus fit ab ablatiuo singulari: addita rum. vt harum specierum.

De datiuo et ablatiuo pluralibus.

Datiuus, et ablatiuus plurales fiunt a singulari ablatiuo adiecta bus: vt his, et ab his speciebus. Sed non te fugiat omnia quinte declinationis nomina carere genitiuis, datiuis, et ablatiuis pluralibus: preter hec res, species, dies, meridies, acies, facies, materies, progenies, et manenies.

De adiectiuorum trium vocum declinatione.

Adiectiua, que partim sunt prime, partim secunde declinationis: sic variantur in numero singulari: bonus bona bonum, boni bone boni, bono bone bono, bonum bonam bonum, O bone o bona o bonum, a bono a bona a bono: in plurali boni bone bona, bonorum bonarum bonorum, bonis bonis bonis, bonos bonas bona, O boni o boue o bona, a bonis a bonis a bonis.

De octo nominibus que imitantur pronominum declinationem et quis, vel qui.

Octo sunt nomina: que cum compositis more pronominum secundi ordinis declinantur: vnus, totus, solus, alius, alter, vter, vllus, nullus: vt vnus vna vnum, vnius vnius vnius, vni vni vni, vnum vnam vnum, o vne o vna o vnum, ab vno ab vna ab vno. In plurali numero vni vne vna, vnorum vnarum vnorum,

vnis vnis vnis/ vnos vnas vna/ o vni o vne o vna/ ab vnis ab vnis ab vnis. Et ex his octo vnus totus et solus habent vocatiuū. Quam declinationem etiam quis/ vel qui sequit. vt quis/ vel qui: que/ quod/ vel quid: cuius cuius cuius cui cui cui/ quem quā/ quod/ vel quid: a quo vel a qui/ a qua vel a qui/ a quo vel a qui: In numero plurali qui q̄ que/ quorū q̄x quorum/ quis vel quibus/ quis vel quibus/ quis vel quibus: quos quas que/ a quis vel a quibus/ a quis vel a quib⁹/ a q̄s vel a quibus.

De compositis ex duobus rectis.

In compositis ex duobus rectis ambo nominatiui declinātur: vt hec respublica/ huius reipublice/ huic reipublice/ hanc rempublicā/ o respublica/ ab hac republica: in numero plurali he respublice/ harū rerūpublicax/ his rebuspublic/ has respublicas/ o respublice/ ab his rebuspublicis. Alteruter aūt postremū tm̄ variat ntī: vt alterut alterutra alterutrū/ alterutrius alterutrius alterutrius/ alterutri alterutri alterutri/ alterutrum alterutrā alterutrū/ ab alterutro ab alterutra/ ab alterutro: in numero plurali alterutri alterutre alterutra/ alterutrox alterutrarum alterutrox/ alterutris alterutris alterutris/ ab alterutris ab alterutris ab alterutris.

De compositis ex recto ꝛ obliquo.

In compositis ex recto et obliquo rectus tantūmodo variatur: obliqu⁹ vero non: vt hic tribunusmilitū/ hui⁹ tribunimilitū/ huic tribunomilitū/ hūc tribunūmilitū/ o tribunemilitū/ ab hoc tribunomilitū: in numero plī/ hi tribunimilitū/ hox tribunorum militum/ his tribunismilitum/ hos tribunosmilitū/ o tribunimilitum/ ab his tribunismilitum.

De patronymicis.

Patronymica in es masculina ad morem nominū prime declinatōnis fere iflectūtur: vt hic priamides/ huius priamide/ huic priamide/ hunc priamidā/ ꝛ priamidem/ ꝛ priamiden/ o priamide/ ꝛ priamida/ ꝛ priamides/ ab hoc priamide/ ꝛ priamida: hi priamide/ hox priamidarū/ his priamidibus: has priamidas et priamides/ o priamide/ ab his priamidibus.

Eteroclyta nomina.

As. Patronymica etiã feminina in as finita: sic declinãtur: hec pelias: huius peliadis et peliados: huic peliadi: hanc peliadem et peliada: o pelias ab hac peliade. He peliades harũ peliadũ his peliadibus has peliades o peliades ab his peliadibus.

E. In e ppria greca siue patronymica: sic variantur: Hec penelope huius penelopes huic penelope: hanc penelopem et penelopen: o penelope ab hac penelope.

Os. In os greca sic eunt: Hoc melos: hui⁹ melos vel meloi huic melo hoc melon o melos ab hoc melo.

Is. In is sic eunt: Hec methamorphosis: huius methamorphosios et methamorphoseos: huic methamorphosi hanc methamorphosim o methamorphosis ab hac methamorphosi

O. In o sic declinantur: Hec Sappho: huius sapphos vel sapphus huic sappho hanc sapphon o sappho ab hac sappho. Hic Moyses huius moysi huic moysi hunc moysen o moyses ab hoc moyse. Hic Jesus huius iesu huic ihũ hũc iesũ o ihũ ab hoc ihũ.

De heteroclitis.

Quoniam de heteroclitis iam mihi dicendũ erit: de quibus sane magna iter grãmaticos plerũqꝫ questio oritur: fateor me fere omia collegisse: que grãmatica lege heteroclita iudicantur. Si quos autem grammaticorum legibus autores refragari compereris: ascribito auctoritati. Scim⁹ eni Plautũ dixisse delcia in feminino gñe et numero singulari: et Ciceronem nex: et alios alia multa: que lex grammatica vetat. Hec ideo: ne me imemorem aut ignarũ fuisse quispiam iudicet: neue qꝺ veteribus scriptoribus licuit: sibi quoqꝫ licere in ea reputet. Primũ ergo dicam: quid sit aptotum et monoptotũ nomen.

Aptotũ est: qꝺ nr̃m tantũmodo habet: et in ceteris casibus deficit. plerũqꝫ tamen vocatiuũ etiam habere inuenitur: eo qꝺ sit noiatiuo similis: vt hic Jupiter o iupiter: hic diespiter o diespiter. Neutra vero aptota tres possunt habere casus ꝓpter similitudinem noiatiue accusatiue et vocatiue vocis. que generaliter est in omnibus neutris: vt fas nefas ir pus ador nil.

Monoptotũ est: quod vnã vocem habet ꝑ omẽs casus ¶ et nihil. siue singulares siue plurales siue vtriusqꝫ numeri: vt sinapi

gũmi: cepe/ pondo/ cete/ & litterarum nomina/ & numerorũ a q̃t tuor vsq; ad centum.
Diptota dicuntur: que duos casus diuersos habent: vt veru/ & ve rubus.
Triptota: que tres: vt templũ tẽpli templo.
Tetraptota: que quattuor: vt gener generi genero generum.
Pentaptota: que quinq;: vt castus casti casto castum caste.
Exaptota: que sex: vt totus toti⁹ toti totum tote toto.
Heteroclisis est varia nominũ declinatio. fit quidem in casu/ nu-mero/ genere/ declinatioe/ voce/ et significatione.

Defectiua in casu/ & numero.

Hec certis deficiunt casibus/ & numero plurali: hec fors/ ab hac forte. hunc laterem/ ab hoc latere. hanc dictionem/ ab hac dic tione. Sponte/ & flamine p spiritu ablatiui soli sunt. Tabi et tabo genitiui/ & ablatiui sunt casus. hec tabes/ hanc tabem/ ab hac tabe. Macte vocatiuus est solus. legitur & mactus apud Festum/ & Seruium. fuit autem apud vetustissimos adiectiuum. Lucretius libro quinto. At nunc sepe boues luce ferro male macte. Hec tantũdẽ/ huius tantũdem/ hoc tantũdem. addũt hec lues. hanc luem. ab hac lue. satias solus nominatiuus. di cam/ et dicas vtriusq; numeri accusatiui sunt. natu solus abla tiuus: teste Seruio. sic astu/ labeo/ ganeo/ & aleo nominatiuos tantum/ et vocatiuos habere Priscianus docuit in accentib⁹.
Hec quoq; carent nominatiuis/ & vocatiuis singularibus tantum: & reliquos vtriusq; numeri casus habent: remigis. frondis. ver beris: quod etiam singulari caret accusatiuo. dapis. necis: nex tamen in Ciceronis epistolis lectum est. & remex apud Sere-nũm. frons etiam dicitur (teste Seruio) sed olim frondis ĩ no minatiuo dicebatur: Focas tamen vult carere recto. Feminis etiam rectũ non habet: licet sint qui dicant hoc femen.
Hec tres dũtaxat habent casus in numero singulari: at in plurali ĩ nullo deficiũt: Hoc plus huius pluris hoc plus. hoc virus hoc virus o virus. huius opis. hanc opem. ab hac ope: quãdo est appellatiuũ. huius vicis hanc vicem ab hac vice. Hec vis hu ius vis hãc vim ab hac vi quattuor habet casus: plurale eius est vires: fuit & apud veteres hę vis & has vis.
Hec cum pluralem integrum habeant: ablatiuum tantummodo singularẽ habere compeniuntur (teste Foca) obice. fruge. pce/

viscere. Priscianus autem quinto libro vult inueniri huius precis huic preci ab hac prece: huic frugi hanc frugem. ab hac fruge.

Undecim sunt neutri generis: que cum seruent omnes casus in singulari: nominatiuum. accusatiuum. et vocatiuum in plurali numero habent: iura. rura. aera. ora. maria. vina. mora. farra. thura. mella fora. addit vetustas defruta. et mulsa. Huiusmodi sunt quinte declinationis nomina: vt pernicies. spes: preter hec nouem: Res. species. dies. meridies. acies. facies. materies. progenies. maneries. Uerum plurali diptotum esse Priscianus ostendit: caret enim genitiuo: at reliquos casus habet. Interrogatiua (vt quis. vter. et quotus) Relatiua (vt qui que quod. is. suus. idem) Distributiua (vt quilibet. omnis. nullus) infinita (vt alius. aliquis) carent vocandi casu. similiter pronomina omnia: preter tu: meus: noster. et nostras.

Numero carentia.

Plurali numero naturaliter carent omnia deorum. hominum. vrbium montium. siluarum. fluuiorum. et locorum propria nomina: nisi sua natura pluraliter tantummodo proferantur: vt Athene. Thebe. Cume. Uetule. Puteoli. Argis quod preter ceterorum morem in singulari habet hoc argos.

Masculina singularia.

Preterea hec sunt tredecim: masculina que ex vsu communi pluralem numerum respuunt. sanguis. fumus. puluis. limus. pontus. mundus. fimus. sol. geminus. sal. ether. aer. et viscus. seu hoc viscum: vt virgilius protulit. addunt vesperus. vesper.

Feminina singularia.

Feminina hec sunt numero quattuor et quadraginta. pax. mors vita. fames. sitis. lux. gloria. fama. salus. lues: cuius genitiue: et datiuo non vtimur. gaza. tabes. labes. humus. proles. soboles. pix. senecta. senectus. iuuenta. iuuentus. penus. fuga. fides. indoles. eloquentia. prosapia. rabies. sanies. socordia. vecordia. parsimonia. auaritia. sapientia. stulticia. insania dementia. amentia. diligentia. elegantia. memoria. amicitia. arena. vespera. adduntur et plura. sed quamquam raro: inuenies tamen aliquorum pluralia apud autores.

Neutra singularia.

Heteroclita nomina.

Neutra singularia sunt septem, et viginti: fas nefas ir pus ador lac solum senatu salsu letum cenu cuu virus indeclinabile, ver vulgus pelagus gelu manna pascha crocu baratru nil nihil nihilum necesse vesperum lutum. Accedunt ad hec nomina metallorum: excepto es. Adde etiam liquidorum: ut ius Et aridorum humi nascentium nomina: que ad mensuram pondusue referuntur cuiuscunque generis sint: ut triticu citer miliu fenu. ex quibus septem et viginti tantummodo pluralem non refugerunt: aequor mare fretum unda latex aqua lympha mel vinu poculum fons: fluuius flumen amnis stagnu lacuna lacus puteus. Preterea hordeum frumentum faba melo pepo citrullus far pisum vel hec pisa lupinus fragum.

Masculina pluralia.

Masculina pluraliter declinata duo sunt, et triginta: Quirites primates optimates proceres minores maiores primores (licet dicamus huius primoris: ut Seruius docet) posteri superi inferi penales liberi lemures sales cani fori manes fasces antes duo tres (quod coīs ēgnis) carceres casses furfures pugillares codicilli fasti annales celli lares sentes vepres lactes. Adde luceres titienses quintilii. fabii. locri. gabii. veii et similia: que in numero superiori non comprehenduntur. Ludorum quoque et festorum multa nomina sunt huiusmodi: ut appollinares. quinquatres. circenses et plura.

Feminina pluralia

Feminina pluralia sunt quinque. et quadraginta: Kalende. idus ferie. nundine. none. inducie. latebre therme. excubie. exuuie primitie. inferie. exequie. inficie. quisquilie. reliquie. blanditie opes. cantes (organorum fistule. siue de e) mine. phalere. nuge. insidie. facetie. illecebre. delicie. diuitie. nuptie. argutie. cune. scale. scope. bige. trige. quadrige. compedes. inimicitie. gene. tenebre. ancei. grates. nares. manubie. due. fores. Et festorum nomina. ut latine. adde. cerimoine. decretales. dire.

Neutra pluralia.

Neutra pluralia triginta sunt: Precordia. filia: quod est ordinis tertii Maurus tamen hoc vere dicit: cunabula. menia. lustra: pondo. castra. rostra. tempe. magalia. mapalia. feria. arma sponsalia exta. tripudia. spolia liba. cibaria. milia. classica. (apud Suetoniu vero classicu legimus. serta. tesq. busta: bactra artaxata.

canthessa/ ceraunia/ duo/ et tria. Adduntur & festorum ludorumque nomina in superiori numero non cophensa: vt ocia/ parentalia/ bacchanalia/ neptunalia/ comicia/ solennia. Hec ostrea in numero plurali grecum est: nam apud nos hec ostrea ostree dicitur: teste Seruio. flabra quoque neutrum plurale. Nam flamina habet flamine in ablatiuo.

Multa his addi possent: si omnia / que aliud in singulari/ aliud in plurali significant: discernamus. multa etiam demi: si vnius/ aut duorum autoritatem sequemur. Legimus enim fumos/ soles/ mundos/ elegentias/ memorias/ amicitias/ arenas. quiritem/ narem/ fore/ spolium/ libum. et plura huiusmodi. Sed meminerimus multa multis licuisse dicere: que alijs prohibentur.

Totidem etiam (licet sit omnis generis) numero singulari caret. Carent & numeralia: preter vnus vna vnum/ centenarium/ & mille substantiuum.

Masculina in plurali neutralia.

Hec quindecim in numero singulari masculini/ at in plurali neutri generis sunt: tartarus/ hec tartara: dindymus/ hec dindyma: tenarus/ hec tenera: Supparus/ hec suppara: cetus hec cete (Seruius tamen dicit cetus nusquam lectum) Menalus/ hec menala: Hismarus/ hec hismara: Gargarus/ hec gargara (Strabo autem gargarum montem esse: gargara Coloniam docet) pileus hec pilea: infernus hec inferna: auernus/ hec auerna: sibilus/ hec sibila/ & hi sibili: balteus/ hec baltea/ & hi baltei (Maurus tamen dicit in plurali neutrum esse solummodo) iocus/ hi ioci/ & hec ioca: locus/ hi loci/ et hec loca.

Feminina/ in plurali neutralia.

Duodecim in numero singulari feminina/ in plurali neutra esse comperiuntur: Pergamus/ hec pergama: Intybus/ hec intyba: arbutus/ hec arbuta: altilis/ hec altilia: Suppellex/ hec suppellectilia: pascua/ hec pascua: zizania/ hec zizania/ & he zizanie: carbasus/ hec carbasa: buccolica/ hec buccolica: georgica/ hec georgica: rhetorica/ hec rhetorica: thopica/ hec thopica: et similia.

Neutralia: in plurali masculina.

Neutra in singulari/ & in plurali masculina octo inuenio: filum/ hi fili/ & hec fila: frenum/ & hi freni/ et hec frena: rastrum/ hi rastri/ et hec rastra: claustrum/ hi claustri/ & hec claustra: capistrum/

hi capistri/ ⁊ hec capistra: porrum/ hi porri/ ⁊ hec porra: celũ/ hi celi tantum: et specus/ hi speci: vt Seruius docet.

Neutra: in plurali feminina.

Quattuor neutra: que in plurali feminina efficiũtur: epulũ/ he epule: balneum/ he balnee/ hec balnea: amigdalum/ hec amigdale/ ⁊ hec amigdala: amigdalus arbor est: delicium/ he delicie. cepe/ he cepe addit focas: sed mihi potius inter singularia neutra reiiciendum videtur.

Que plurifarium efferunt noĩatiuũ.

Sunt quedam preterea: que dupliciter/ aut tripliciter efferũt apud veteres nominatiuum: et cum voce variant genus: vt hic tonitrus/ ⁊ hoc tonitru: hic baculus/ ⁊ hoc baculũ: hic tignus/ ⁊ hoc tignum: hec pisa/ et hoc pisum: hic nasus/ hec nasa/ ⁊ hoc nasum legitur apud Plautum. hic spicus/ hec spica/ ⁊ hoc spicum: at in plurali tantũmodo spicos. hic sinus/ ⁊ hoc sinũ pro vase: hec vespera/ et hoc vesperũ principiũ noctis. nã hic vesper diei finis est/ ⁊ stella veneris: que vesperus/ ⁊ hesperus/ ⁊ vespurgo nominatur. hic mundus/ ⁊ hoc mundum. hic gelus/ ⁊ hoc gelu. hic arcus/ ⁊ hoc arcu. hic clypeus/ ⁊ hoc clypeum. hic singraphus/ ⁊ hoc singraphum. hic sestertius/ et hoc sestertium. hec crystallus/ et hoc crystallum. hec margarita/ ⁊ hoc margaritum/ ⁊ hec margaris: vt Seruius tradit. hic galerus/ ⁊ hoc galerum. hic cothon/ et hoc cothonum: id est partus non naturalis. hic crater/ ⁊ hec cratera. hic panther/ ⁊ hec panthera. hic turbo/ ⁊ hoc turben. hic tiaras/ ⁊ hec tiara. hic hebenus/ et hoc hebenũ. hic sanguis/ ⁊ hoc sanguen. hec multra/ et hoc multrale: horum pleraq; remanserunt in vsu.

Discernuntur ⁊ ita pomorum/ ⁊ arborum nomina: vt hec prunus/ et hoc prunum. hec malus/ ⁊ hoc malum. hec pirus ⁊ hoc pirũ. hec cerasus/ ⁊ hoc cerasum/ et hic cerasus (Propertius: Hic dulces cerasos: hic autumpnalia poma) hec cornus/ ⁊ hoc cornum. hec morus/ et hoc morum.

Que in vario noĩatiuo seruãt genus.

Sunt: que duplicem habent rectum seruato genere: vt hec cassis/ ⁊ hec cassida. hec apes/ et apis. hic delphin/ et delphinis/ et delphinus delphini. hic cometa/ et cometes comomete. hic

arabs arabis/ et arabus arabi. hic congrus/ et conger congri. hic mugil/ et hec mugilis. hic elephas elephantis/ hic elephantus elephanti. hic tibris/ et tyberis. hic arar/ et araris. Hic puluis/ et puluer. hic cucumis/ et cucumer. hic cinis et ciner: hic vomis/ et vomer. hic et hec puber et pubis. hic labor/ et labos. lepor/ et lepos. honor/ et honos. hec arbor/ et arbos. hic odor/ et odos. hic iber iberis/ et iberus iberi. hic prosper/ et prosperus. Teucer/ et teucrus. Euander/ euandrus. et plura huiusmodi: vt iter/ et itener: vt veteres dixerunt.

Confusa in recto.

Sunt et aliqua recto confusa: vt lens lendis/ et lentis. cassis cassis/ et cassidis. glis gliris/ glitis/ et gliris. Vas vasis/ et vadis. pecus pecoris/ et pecudis. fides fidis/ et fidei: vt Seruio placet: quod improbat Priscianus: atque fidis esse nominatiuum pro chorda. sic et plura comperies.

Que diuersi sunt generis.

Multa in vna voce diuersi generis reperiuntur: vt hic finis/ et hec finis. hic clunis/ hec clunis. hic specus/ hec specus/ et hoc specus. hic penus/ et hec penus quarte/ et hoc penus penoris/ et hoc penum: cuius genitiuus peni: Gellio teste. hic vulgus/ et hoc vulgus. hic aluus/ et hec aluus. hic paradisus/ et hec paradisus. hic/ et hec sardonix. hic/ et hoc iubar. hic vel hec pampinus. hic/ vel hec turtur pro aue. hic/ vel hec/ vel hoc liquor. hic/ vel hoc papauer. hic/ vel hec/ vel hoc rethe. hic/ vel hec/ vel hoc serus. hic/ vel hoc carcer. hic/ vel hoc guttur. Adduntur et illa diuersa significantia: hic colus/ et hec colus. hic cassis/ et hec cassis. hic malus/ et hec malus. hic leno/ et hec leno. hic glis/ et hec glis. hic vas/ et hoc vas. hec pecus/ et hoc pecus. et multa huiusmodi poterit quispiam studiosus plura colligere. ego quidem his sum contentus.

Variantia declinationem.

Inueniuntur nomina: que in casibus alterius numeri mutant declinationem: vt sunt illa tertii ordinis in a terminata:

que datiuum / & ablatiuum pluralem more nominum secũde declinationis emittũt. vt his / & ab his poematis. his / et ab his teorematis.

Ludorum quoq; / & festorum noia pluralia sede declinat ðnis gtiũ / et datiuum / & ablatiuũ more tertie faciunt. vt horum Saturnalium / his & ab his saturnalibus. domus partim secunde est / & partim quarte: vt supra docuimus.

Ambo & duo declinantur: vt pluralia adiectiuorum prime / & secũde declinationis: nisi quod in datiuis / & ablatiuis habent ambobus & duobus: et in nominatiuis / & vocatiuis in masculino / et neutro genere ambo / & duo. olim autem in masculini accusatiuo habuerunt ambo & duo. Argumus i vndecimo. Si duo preterea tales idea tulisset terra viros.

Jugerum numero singulari secunde est: at in plurali tertie declinationis.

Uas vasis cõtra in singulari tertie. in plurali vero secunde.

Inueniuntur secunde / & tertie declinationi cõmunia: vt glom⁹ glomi / & glomeris. mulciber mulciberi / & mulciberis. acer aceri (secundũ Seruiũ: qd arguit Pulcianus) & aceris. sequester sequestri / & sequestris.

Non multa sunt nomina adiectiua trium vocum: que in tertiã declinationem trahuntur: sincerus sincera sincerũ: hic & hec sinceris / & hoc sincere. sic biiugus / & biiugis. quadriiugus / & q̃driiugis: & cetera a iugo. magnanim⁹ / & magnanimis. exanimus / & exanimis. pusillanimus / & pusillanimis. et reliqua ab animo deducta: que in animus desinũt. sublimus / & sublimis. imbecillus & imbecillis. inermus & inermis. eneruus / et eneruis. accliu⁹ / & accliuis. decliuus / & decliuis. effrenus et effrenis. infern⁹ & infernis. ludicrus / & ludicris. perennus / & perennis. Oui di⁹ in fastis. Amne perenne latens. Anna pẽna vocor. Incolumus non dicitur: ne te decipiat Alexander.

Secũde declinatõni / & quarte cõia.

Quattuordecim reperio tam secunde / q̃ quarte declinationis: hec cornus. pinus. aditus. questus. ornatus. tumultus. laurus: licz lauruí & lauru non dicamus. lacus. quercus. colus. ficus pro arbore. ortus. cantus. cetus. adde etiam penus. monitus. visus. passus. auditus. senatus. versus. victus. genitus. et plura: quibus veteres vsi sunt. lectus / & obitus.

Heteroclita voce.

Multa sunt heterodita voce: vt ea: quorū obliqui nominatiuum non imitantur; vt Jupiter Jouis. ego mei. epar epatis. ebur eboris. iecur iecoris. Sed si omnia: que aliquam i voce habent variationem: prosequi vellem: non minus esset lectori: q̃ scriptori molestum. hec autem/ que hactenus dixi: sunt cognita/ visa/ digna/ ꝛ necessaria. Nec te fugiant illa/ que plurifarium efferunt nominatiuum: aut cōtra regulas sese attollūt (vt iter itineris) appellari heterodita voce.

Heteroclita significatione.

Sunt et heteroclita significatione: vt ops opis: quod deam significat per omnes casus: rursus in genitiuo possibilitatem/ ꝛ auxilium: in accusatiuo et ablatiuo auxilium: in plurali diuitias ꝛ possibilitatem (vt Seruiꝰ docet) aliquando/ et auxilia/ ꝛ potentiam (Salustius Opibus coniurationis fretus) veteres (teste Capro) dixerunt hic/ ꝛ hec/ et hoc ops pro opulento. sicut copis pro copioso. Similiter et illa: que aliud in singulari: q̃ in plurali significant: vt littera/ et littere. ludus/ et ludi. terra/ ꝛ terre. mare/ et maria. Jlla quoq₃: que omonyma/ seu equiuoca appellantur (vt celum/ species/ aura/ discrimen) heteroclita sunt significatione.

De deductis a quis/ et qui.

Opere finito volui apicem addere: vt a quis/ et qui deducta flectere te docerem. que quidem duo inimica inter se sunt. Nā cū quis/ quod olim cōmunis generis fuit: venit in coniunctionē: non recipit qui in nominatiuo singulari. ꝛ qui/ cū augetur: expellit quis. Unde extant versus. Cum quis nam/ q₃/ piam/ sine qui coniunge putas/ q̃. Dam/ uis/ cūq₃/ libet/ qui sine quis retinet. Componitur quis cum si: vt siquis. cum ne: vt nequis. cum alius: vt aliquis. cum en: vt ecquis: n in c verso. cum nū: vt nūquis. cum quis: vt quisquis/ queq₃/ quodq₃/ vel quicq₃. Quorum quidem vocibus scḋm analogiam possumus vti. Quidam vero precipiunt quisquis tantūmodo habere in recto/ et accusatiuo quicquid/ ꝛ in ablatiuo quoquo. Adijciūtur ꝛ ei nā: vt quisnam. q₃: vt quisq₃: ex quo componitur vnusquisq₃. piam: vt quispiam. putas: vt quisputas. q̃: vt quisq̃. que omnia declinantur: vt eoꝝ simplex quis/ que/ quod prepositis/ vel postpositis vocibus: nisi q̄ in feminina voce nominatiui singularis

dicimus siqua/ nequa/ aliqua/ ecqua/ nunqua. a qui etiam deducta: vt quidam/ quiuis/ quilibet/ quicunque primitiuum sequuntur. addamus et plura fastigio.

De compositis pronominibus.

Iste/ et hic componuntur: et dicimus nominatiuo istic/ istec/ istoc/ vel istuc: accusatiuo istunc/ istanc/ istoc/ vel istuc: ablatiuo ab istoc/ ab istac/ ab istoc: in plurali ni/ et accusatiui neutrali voce istec. nam non/ nisi per voces que in c desinunt: componuntur absque datiuo singulari.

Idem/ eadem/ idem componitur ex is/ ea/ id/ et demum: et sequitur primitiuum. sed in neutrali voce rursus componitur in nominatiuo/ et accusatiuo tantum: vt idenadem: quod aliquando aduerbium est: et frequenter significat.

Ego coniungitur cum met: et declinatur ad sui ymaginem per omnes

Met connectitur cum omnibus obliquis huius pronominis casus/ tu: preter quam cum genitiuo plurali.

Tutemet in nominatiuo solo/ et vocatiuo dicimus.

Tete/ meme/ sese accusatiui et ablatiui casus sunt. sese pluralis numeri etiam est.

Meapte/ nostrapte/ tuapte/ vestrapte/ et suapte soli ablatiui sunt

Ce syllabam adiiciebant antiqui omnibus casibus a possessiuis. huius pronominis hic/ hec/ hoc: vt hicce/ hecce/ hocce. nouissimi autem tantummodo cum his obliquis: qui in s desinunt: vt genitiuo huiusce/ datiuo plurali hisce: accusatiuo hosce/ hasce: ablatiuo ab hisce. que vox reperitur etiam masculina/ et nominatiui casus pluralis: Terentius in eunucho. Hisce hoc munere ambiciantur suam thaidem esse. Illicce/ illiusce/ istiusce/ illucce/ istucce/ et illanceine veteres dicebant.

Ecca/ et ella in nominatiuo singulari/ et genere feminino veteres vsi sunt. Terentius. Ecce nostri fundi calamitas. Eccum/ eccam/ eccos/ eccas. Ellum/ ellam/ ellos/ ellas vtriusque numeri accisum.

Uale candide lector.

Finem operis quicunque vides: et nostra probasti
Scripta: precor faciles in tua vota deos.
Et tu liuor edax: qui non hic carpere iure
Quid potes: et rodis lurida fessa crepa.

Grammata Sulpitii toto relegentur in orbe.
Atq3 erit in precio nostra minerua suo.

Sulpitii verulani in opusculū de ge-neribus nominum prefatio.

Cogitanti mihi/ et tentanti sepe/ ⁊ curiose qua via possēt/
ēt facilius/ ⁊ melius proficere pueri in arte grammatica:
compertum est doctrine clara/ ⁊ breuia precepta vberi⁹
illis/ q̄3 obscura: conferre. Itaq3 cum de nominū decli-
natione/ ⁊ de verborum/ ceterarumq3 orationis partium ꝯstru-
ctione duos libros compendiosos nup ediderim: incessit mihi
de nominū generibus/ ⁊ de verborum preteritis/ ⁊ supinis (du
obus aliis/ exiguisq3 voluminibus) scribēdi libido. Omnis e-
nim puerorum difficultas in declinatione/ genere/ preteritis/ ⁊
supis/ ⁊ ꝯstructōe ꝯsistit. Qua quidē si ego illos breuitate/ clari-
tateq3 efficatium preceptorum leuauerim: videbor pietati mee
fecisse satis: atq3 mei laboris premium gloriam habiturus. Ad
miror autē super. oris etatis homines/ aut veteranos ludi ma
gistros hāc sibi prouinciā nō assumpsisse: maluisseq3 Alexandri
obscuritatibus/ ⁊ erroribus imbuere adolescentes. Puto sane
laboris aliquos fuisse pertesum. aliquos inuidisse minoribus:
vt ea/ que ipsi dedicerint difficulter: alios non minore docerēt
labore discentium: nec posteris apertior esset ad emergendum
via. aliquos (tanquā religionem) veritos esse rudimenta mu
tare: ⁊ ne apud gentem persuasam nouellū opus meritā foret
auctoritatem consecuturum. Contriuere enim oēs iam pridem
superuacaneū in Alexandro tempus: ⁊ conterunt. illū solū ex grā
maticis norunt: illū precipue habent: illū euoluūt: nec alios at
tingūt: illū pueris explanant: in illo totos conterunt dies: sēp
discipulos infelices/ p quā regulam? rogitando. dicerem lra-
rum expertes: nisi etiam ex doctis aliquot hec ipsa tractare ve
luti valde peculiaria scirem. Sed quāta id faciūt (vt pace eorū
dixerim) imprudētia? nā pueros/ q lacte/ cibisq3 delicatissimis/
facilisq3 solutionis alendi sunt: multo absinthio/ cibisq3 rusti-
cis/ et durissimis nutriunt male. redduntq3 aut inualidos/ et
deformes: aut pro pinguib⁹ turgidos. Respondebūt illos faci
lius Alexandri carmē ediscere/ ⁊ seruare: q̄ solutā orationem.

quod quidem contingit in multis. multi quoq; melius prosam/
q̃ carmen ediscunt. Sed esto ita. quomodo de arte grammati/
ca copiose/ et clare scribi carminibus potest? Sciant memori
ter Alexandrū. Quid demū ꝓficere: cū non intelligant? Intel
ligent (inquiunt) paulatim. quousq; tñ num ad tertium: nū ad
quartum: num ad quintum sextumve annū intelligent? Do ti-
bi nobilis ingenij puerum: nec tamen intelliget pre obscura car
minis breuitate. do tarde mentis: semp in tuo Alexandro mora-
bitur. da mihi tu qualiscūq; ingenij/ tuoq; idoneum Alexādro:
ante trienniū hac noua preceptione declinationem nominū et
genera/ preterita/ et supina/ et constructionem sciat meliꝰ: q̃
tuus. Idem (inquies) ego polliceor. nunq̃ seruabis pollicita.
nec erit tuus adeo elegans/ et copiosus: vt meus. At nō mo-
do vnū: sed q̃ plurimos equo processu docebo. Tu vero (si vo-
les) tam cito docere non poteris nisi paucos: et eos quidem ad
reliqua rudes. At ista missa faciamus. Quid mihi respondes?
probas ne Alexandrū tuū? non inquis. Mendosus est eni/ et
difficilis/ et obscurus. Rogo rursus: nunquid mali autores le-
gendi sunt? abnegas. si Alexander mendosus est/ et obscurus:
nonne malus? cur igitur malum legis: nisi ex innata vecordia?
Nonne vides Alexandrum cū quibusdam alijs grāmaticā/ et i
genia hominū contaminasse? Scimus: q̃ indocti fuerint sup-
riores: apud quos fuit in precio Alexander. Illi ante cū fuere
eruditissimi. nos ꝑditi legamus Alexandrū: legamus grecis-
mū: legamus modossignificandi: qui reddunt indoctiorē/ et stul
tiorem adolescentem: q̃ acceperint. Et qđ genꝰ doctrine (imo su-
perstitionis) omnibus priscis ignotum fuit. nūq̃ hoc Varro:
nūquā Cesar: nūquā Quintilianus/ aut Palemon/ aut Asper/
aut Probus/ aut Carisius/ aut Focas: atq; (vt recentiores at
tingam) nūquā Donatus/ aut Seruius / aut Priscianus tra-
didit: aut audiuit. O tempora ꝑdita. O labores inanes. O in
genia in muscis captandis occupatissima. Sed quid hec: cum
puerorum parentes nolint/ nisi Alexandro: filios erudiri? O
mores corruptos. O pueros infortunatos. Heu/ heu libet fle/
re: libet clamare. Nam fraudamini dicendi pollitie. et plus ig/
nari/ q̃ docti: de vestra eruditione cognoscere volunt. Sed
nolite pueri Alexandrum. spernite/ reijcite/ floccifacite/ et refu
gite illos: qui eum interpretantur. Vacate intelligibili/ et eli-
mate doctrine: vt breui tempore multum ꝓficiatis. Nec me so
lūmodo vos ad legendum hortor: sed alios modo: si boni sint.
Postubi autem hac eritis iniciati doctrina: poteritis alios in-

trepide volitare grãmaticos. Non dubito: quin ĩme insurgant Alexandrini: conenturq; cavillationibus mea dãnare opuscula. sed modo res indoctorũ iudiciũ deducatur: nihil mihi verendum est. Calumnientur: insidientur: latrent: crepent: nihil veritatis refert. Abiicietur omnino ad paucos annos Alexander: e medio exterminabitur in barbariem suam. & iam itali ex latinis non ex barbaris linguam latinam edíscent. Persuadeo mihi rem gratam plerisq; fecisse: & doctis, ingeniosissq; viris: precipue: qui me, laboremq; meum sine invidia collaudabunt: tuebunturq; adversus hos (si qui erunt) vecordes Alexandrinos, & hostes doctrine pollicitei. Jam ergo rem ipsam aggrediamur.

De generibus opusculum.

Propria virorum nomina sunt generis masculini: vt hic Scipio. Feminarũ feminini: vt hec Penelope.

Officiorum nomina, que ad mares pertinẽt: masculina sũt: vt hic papa, hic pontifex. Que ad feminas: feminina: vt hec saga, hec prefica. Que ad vtrosq;: cõmunia: vt hic et hec dux.

Angelorum, et demonũ noĩa masculina sunt: vt hic Cherubin, seraphin: hic sathanas. Cherub autem, & seraph masculina sũt declinabilia: & significant ordines angelorum: quemadmodum cherubin, & seraphin neutra pluralia, & indeclinabilia.

Adiectiuũ, qđ tres habet voces: prima est masculina, vt bonus: secunda feminina, vt bona: tertia neutralis, vt bonũ. quod duas: prima cõmunis est generis: reliqua neutralis, vt hic & hec dulcis, & hoc dulce. quod vnã: omnis ẽ generis: vt hic, & hec, & hoc felix.

Arborum nomina feminina sunt: vt hec pirus. Oleaster quidem masculinũ est. Item dumus, rubus, & vepres: si inter arbores sint cõnumeranda. Siler neutri generis est. Virgilius in scdo georgicorum. Curua tenent: vt molle siler, lenteq; geniste. Itẽ suber, & robur neutra sunt. Tibullus pomũ ꝓ arbore ipa neutro genere ꝓtulit. Balsamũ arbor, & hebenũ neutra sunt. Spinus arbor pruni masculinũ est. Hic buxus, & hoc buxũ (autore Seruio) dicimus. sed Caper buxũ materiam esse dt.

Fluuiorum propria masculina sunt: vt hic Tybris. Albula tamẽ feminini generis reperitur: Ouidius in quarto fastorum: Claviger et tanto est albula pota deo. Crustumium neutro genere

Lucanus protulit in secūdo. Crustumiūq rapax / τ ilicto sapis ilatro. Rhenum quoq τ in Horatio / τ in Cesaris commenta= riis neutrali genere legitur. item apud Lucanum Jader. vltra hec alia quedam inuenies.

Volucrum nomina promiscua sunt. hoc est: vno articulo vtrumq sexum comprehendentis: vt hec aquila / hic gryps. Columbus vero masculinum est: cuius femininum est columba. Gallus quoq femininum habet gallina. Oestrum in secti genus neu= trale est. Picus / et pica diuerse sunt volucres: τ ideo etiam c= piceni sunt generis. Halcyonis generis est communis: habet q in plurali hi / et he Halcyones.

Numeralia nomina a quattuor vsq ad centum sunt pluralia omnis generis indeclinabilia. et a centum composita sunt hu= iusmodi: vt tercentum. excipimus adiectiua trium vocum / vt ducenti ducente ducenta / τ centenariū: quod neutri generis ē. Tres est cōmunis generis: tria neutri. duo masculini / τ neu= tri: due feminini. Mille neutrum est singulare (vt mille homi= num) et habet plurale milia: vt duo milia hominū. mille rurs° monoptotum plurale / τ omnis generis est: vt mille viri / mille pecudes / τ mille pericula.

Litterarum nomina neutra sunt / τ indeclinabilia.

Preceptis generalibus finitis: specialia sequuntur: et primum de nominibus terminatis in A.

A. In a terminata feminini sunt generis: vt hec candela. demun tur ista masculina: hic poeta / planeta / cometa / lanista / popa / nauta / citherista / pincerna / sophista / collega scurra / lixa / asse cla / scriba / profuga / transfuga. Et populorū nomina: vt Thurca / scyta / getha / sarmata: que quidem malunt esse cōmunia cū multis aliis populorum nominibus: vt Arabs / et Ethiops. Item talpa / et dama: que incerti generis reperiuntur. Char= ta / τ cera / amphora / panthera / margarita / catarecta / catapulta / quanq̄ apud grecos masculina: apud nos tamen feminina sunt. Epithonia quoq femininū: apud nos neutrum faciunt. Sciendum quidem greca reliqua / τ barbara eiusdem esse generi apud nos: cuius sunt apud illos. Pauca neutra inueniuntur:

vt omnia greca / et barbara: que vel sunt tertie declinationis (vt poema / problema) vel non declinantur: vt manna / mammona. Adde et illa semper pluralia: arma / sponsalia / et reliqua: que inter heteroclita numerauimus.

Communia hec sunt pedissequa / aduena / conuena / auriga / conuiua / verna. Adduntur et a verbis deducta / seu composita: nec a masculinis transformata: et precipue a colo / et gigno: vt hic et hec agricola / graiugena. excipitur verbigena: quod masculinum est. Sunt: qui addiciant hic / et hec parricida / homicida / patricida: que Focas vult esse masculina.

E cor. In e correptum finita: neutra sunt: vt hec sedile.

E pro. In e productum: feminina: vt hec Libye libyes.

I. In i: neutra sunt: vt gummi / sinapi. composita vero a genitiuis (vt huiusmodi) omnis sunt generis. Nihili / frugi / mancipi / huiusmodi / et similia obliquos plerique casus esse voluerunt: qui cum omnibus generibus / casibusque iunguntur. Acy / Sabij / Illitur gi / reliqua nomina opidorum masculina sunt.

O. In o desinentia: masculina: vt hic sermo. sed si d / vel g ante o habent: sunt feminina: vt hec dulcedo / hec margo (quod etiam masculini reperitur) hec virgo: quod quidem volunt esse communis. Demuntur ex his ordo / pedo / spado / cudo / cardo / mango: que masculina sunt. similiter bubo: quod etiam femininum inuenies apud Virgilium. Pondo plurale neutrum est / et monoptatum. Verbalia / et participalia in io: sunt feminina: vt hec oratio / lectio. Reliqua omnia in o (quacunque littera antecedente) masculina sunt: vt Stelio / vnio pro puncto / et lapide: nam pro coniunctione femininum est. Caro / et talio feminina sunt. Ambo / et duo tam masculina quam neutra. Homo / nemo / et latro communis sunt generis. Presto / et pseudo omnis generis sunt. Leo etiam communis esse generis asserit Seruius.

U / c / d / t. In u (vt hoc genu) in c (vt lac) in d (vt quid / aliquid / aliud) in t (vt caput / occiput) neutra sunt. sed tot / et quot / cum compositis omnis sunt generis.

Al. In al: neutra: vt hoc animal. Sal semper masculinum est. quidam tamen ex vetustissimis in neutro genere protulerunt: Afranius. Quicquid loquimur: sal merum est.

El / Il. In el / et in il: neutra sunt: vt hoc mel / et hoc nihil / hoc nil. Pugil / et mugil masculina. Vigil vero communis est generis.

Ol / vl. In ol / et in vl: masculina sunt: vt hic sol / et hic consul. presul / et exul communia.

Am. In am vnum inuenitur omis generis, et vtriusq numeri: vt hic, et hec, et hoc nequam.

Em. Tantūdem neutrum est. Totidē generis omnis, et pluralis numeri.

Um. In vm neutra sunt: vt hoc templum. caue tamen: ne mulierum propria te decipiant: vt Glicerium, et Eustochium.

An. In an: masculina sunt: vt hic titan.

En. In en neutra: vt hoc stamen. demuntur composita a cano (q̄ masculina) vt hic fidicen, lyricen. Ista etiā masculina sūt splē, pecten, ren, rien, lien. vnum est femininum: hec syren.

In. In in: masculina: vt hic delphin.

On. In on: masculina: vt hic Helicon. Barbiton autem femininum est: dicitur et barbitus.

Ar. In ar: neutra: vt hoc iubar. sed lar masculinum est. par cum compositis omnis est generis: vt dispar, et compar.

Er. In er: masculina: vt hic vomer. excipiuntur mater, et mulier: que feminina sunt. Lynther, quamuis apud grecos est masculinū: apud nos femininum est. Et hec neutra demūtur: Uer, tuber, suber, vber pro mamilla, papauer, piper, cadauer, laser, cicer, siser, siler, iter, spinter, et ruder. Communis generis sunt: pauper, puber, degener, et vber pro abūdanti. Caue ne te decipiant ista communia coniuncta obliquis neutrorum: vt pauperis tuguri, vbere solo, et alia huiusmodi: vt terete telo, diuite regno. Illud non pretermittendum quattuor hec: acer, alacer, saluber, et celeber olim fuisse communis generis: nūc vero tantūmodo masculini. sicut Equester, pedester, celer, volucer, paluster, campester, siluester: que femininum in is habent, et neutrum in e.

Ir. In ir: masculina: vt hic vir: hic leuir. tria sunt neutri gñris ir, pir, et gaddir. martyr grecum vocabulū cōis generis est.

Or. In or: masculina sunt: vt hic fulgor. tria sunt feminina: arbor, vxor, soror. Neutra sunt: cor, ador, marmor, equor. Comparatiua communis sunt generis: vt hic, et hec doctior. Senior vero masculinum est. Rector pro oratore communis est generis. Autor vero ab augeo masculinum: Autor ab autoritate commune. Iuno virgiliana in decimo eneidos: Auctor ego audē di. Et notandum: q̄ quedam nomina in or: que a verbis nō descendunt (vt senator, et balneator) communia sunt. Memor, et immemor: et ꝯposita ab his trib⁹ noīb⁹ corpus, decor, et color: (vt

tricorpor/indecor/ et bicolor) omnis generis sunt: licet aliqui velint esse communia.

Ur. In ur neutra sunt: vt hoc iecur. Masculinũ est fatur. Itẽ fur fur/ et autum appellatiua/ et gentilia: que r aut t ante vr habẽt: vt autur/ et vultur. Augur/ quidem augur/ et fur cõia sunt.

As. In as feminina: vt hec pietas. Demuntur quattuor: as af/sis/ vas vadis/ boreas et gigas que masculina sunt. Primas/ et optimas non (vel raro) dicitur: sed primates/ et optimates. Fas/nefas/ et vas vasis sunt neutra. Gentilia: vt Arpinas et Aletrinas cõmunia sunt. Nugas omnis est generis.

Es cor. In es correptum masculina sunt: vt hic fomes. Demũ/tur seges/ et teges et apes: que sunt feminea. Teres autẽ pre/pes/ comes/ diues/ superstes/ sospes/ hospes (licet habeat hos/pita vsurpatũ) miles/ antistes/ ales/ hebes/ eques: et a sedeo/ et pede composita (vt deses/ preses: tripes/ et quadrupes) cõ/munis sunt generis. Ex his quedam iunguntur neutris p om/nes casus. Lucanus. Imperiumque comes. Iuuenalis. Depo/situm tibi sospes erit. Salustius. Iter indices dixit.

Es pro. In es productũ feminina sunt: vt hec fides. Dies in sin/gulari incerti generis est: in plurali masculini. Meridies mas/culinum est. Item patronymica in es: vt Priamides: et hñtia i ante es. vt hic aries/ et paries. Verres quoque masculinũ est. similiter hic pres. Aes aeris est neutrũ. Commune est inqui/es. et sic heres/ et locuples. Hippomanes vero neutrum.

Is. In is feminina sunt: vt hec vallis. demuntur enim n/ aut c ãn is habẽtia: quã sũt masculina: vt panis et piscis at bipennis (qđ Virgilius adiectiuum fecisse videtur: vt ferro sonat alta bipẽ/ni) femininũ est. Illa/ que vna syllaba crescunt in genitiuo: masculina sunt vt hic lapis lapidis. sanguis sanguinis. excipi/untur cassis/ cuspidis/ et iaspis: que feminina sunt. Tricuspis vero communis.

Masculina etiam sunt hic fustis/ cassis/ ensis/ postis/ anguis vn/guis/ follis/ collis/ molaris: cum dentem/ lapidem ve signifi/cat. hic restis. qđ etiam femininũ est. hic collis/ orbis/ mensis/ vectis/ axis/ torquis/ cordis/ torris.

Incerti sunt generis finis/ clunis. cannalis similiter: quanquam me/lius genere feminino pnũcietur.

Cõia sunt canis/ iuuenis/ testis/ ciuis/ hostis/ samnis/ burgensis/ et dis: quod in plurali est adiectiuũ vt hi et he dites et hec ditia.

Adiectiua que neutrum habent in e: cõmunia sunt: vt dulcis/ dul/ce. sed de adiectiuis te monuimus in principio.

Os. In os masculina: vt hic flos. quattuor tamen feminina sunt: cos/ dos/ glos/ et arbos. Neutra duo: vt os ossis/ et os oris. adduntur greca: vt hoc chaos/ logos/ melos/ epos. Quinque communia sunt: hic et hec bos/ custos/ sacerdos/ impos/ et compos. adde chironomos.

Us. In us (si secunde sint declinationis) masculina sunt: vt hic dominus. Demuntur ista viginti feminina: domus/ arctus/ carbasus/ nardus/ synodus/ papyrus/ costus/ aluus/ byssus/ colus/ vannus/ penus/ humus/ phaselus/ porticus/ smaragdus/ diphthongus/ egyptus/ abyssus/ crystallus. adde paradisus: quod etiam masculinum reperitur.

Greca quoque aliqua/ que vertunt os in us: feminina sunt: vt delos delus/ atomos atomus. Quattuor sunt neutra: pelagus/ pus/ virus/ et vulgus: quod etiam masculinum est.

Us ter. Si in us finita: tertie sunt declinationis: et amittant v in genitiuo: sunt neutra: vt hoc munus muneris. lepus tamen masculinum est. vetus omnis est generis. Si vero v habeant in genitiuo: et crescant: sunt feminina: vt hec salus salutis. intercus/ et mus masculina sunt. crus/ ius/ et thus neutra. ligus/ et sus communia.

Us quar. Si quarte sunt declinationis: masculina sunt: vt hic visus. excipimus nouem feminina: hec acus/ anus/ idus/ tribus/ nurus/ socrus/ domus/ manus/ et porticus.

Aus. In aus diphthongo finita: feminina sunt: vt hec fraus.

X littera terminata: sunt feminina: vt hec felix. Adiectiua omnis sunt generis: vt audax/ nugax/ loquax/ rapax/ procax/ fallax/ pertinax/ minax/ contumax/ pernicax: opifex/ artifex/ aurifex/ pernix/ felix/ simplex/ duplex/ et huiusmodi: ferox/ pernox/ atrox/ trux/ et plura. Reliqua plurium syllabarum nomina (nisi sint festus terte) si e ante x habeant: masculina sunt: vt hic codex/ et pollex/ senex: quod etiam feminino genere Tibullus enunciauit. Hymbrex incerti generis reperitur: quanquam vetus feminino dicat. Pumex masculinum est: Catullus tamen feminino protulit genere. Ex his vero hec sunt feminina: supellex/ pellex/ vibex/ ebex (quod teste Seruio rectius est masculinum) forfex/ forpex/ ramex/ carex: silex/ cortex: que duo etiam masculini generis reperiuntur. Iuuenalis. Silicemque contererit atrum. et Virgilius. Stabat acuta silex. Idem in septimo. Raptus de subere cortex. Et in bucol. Tum phetontiades musco circundat amare. Corticis. Feminix autem/ torax/ rex/ grex/ calix/ cilix/ et calx pro ictu/ et natrix serpentis appellatiuum masculina sunt. Lucanus

Et natrix violator aque. Celox quoqꝫ nauis appellatiuum: masculinū est. Sardonix incerti generis reperitur. Juuenalis. Cō ducta agebat sardonice. Et in secundo. Densi radiant testudine tota Sardonices. Dux/ celex/ et coniunx cōmunia sunt. Uerbalia in trix/ que veniunt a masculinis in or: feminina sunt: et habent neutra in numero plurali: vt cultricia animalia. Lucanus. Tollite iam pridem victricia: tollite signa.

S littera desinentia/ consonante precedente: feminina sunt: vt hec pars/ hec stirps: quod p̄ trunco arboris masculinū ē. Scrobs masculino genere magis vtimur. Accidentia tamen omis generis sunt: vt prudens/ inops/ insons/ expers/ amans/ legēs. Masculia sūt. mōs/ pōs/ fōs/ dēs/ torrēs/ quicūs/ triens/ q̄drās et cetera ab vncia/ ꝛ asse deducta. adde et seps serpētis appellatiuum. Lucanus. Uel inficus seps. Sed polisyllaba in ps: mascul na sunt: vt manceps. adeps/ et forceps incerti generis reperiuntur. Hec autem cōmunia sunt: bifrons/ effrons/ parēs/ infans/ princeps/ auceps/ et celebs Aduertendūqꝫ participia vel ad mares tantū/ vel ad femininas ꝑtinentia (vt deuirginans/ pariens/ lactans) vel masculino/ ꝛ neutro: vel neutro/ ꝛ feminino esse cōmunia. sed figurate diuerso generi/ vel epiceno solere coniungi: vt anima deuirginans/ vterus pregnans/ et cygnus pariens/ et elephas lactans.

Hec/ que de generibus scripsi: seuero sunt iudicio ex autorum vsu perpendiculata/ quorum si interdum apud alios diuersa compereris: his adhereas potius. Ea autem/ que confusis generibus dicerentur: in superiori libro iter heteroclita maxima ex parte discernere poteris.

Uale lector: et relege Sulpitium tuum.

Sulpitii Uerulani de preteritis/ et supinis opusculum.

Peterita o pueri liber hic/ pariterqꝫ supina
Uos docet. hunc auide dicere quenqꝫ velim.
Discite. nam breuis est: dulci quoqꝫ murmure vocis
Discite: Sulpitius tam bona dona dedit.
Ille quidem certis docuit vos iungere voces

Casibus: ⁊ certa lege latiuā loqui.
Ille etiā docuit ꝑ casus flectere nomē:
Et quodcūqꝫ tenēt noīa queqꝫ genus.
Nūc/ne quid desit: studuit vos ille docere
Preterita/ ⁊ verbis iūcta supina suis.
Dii frugi seruate virū: seruate libellos:
Et date munerib⁹ premia digna suis.

Anteq̄ de preteritis/ ⁊ supinis incipiam: aliquid ope p̄ciū mihi
videtur de his dicere: que in numeris/ temporibus/ modis/ ꝑ-
sonis/ et coniugatōne deficiunt. deqꝫ his: que preterita nō ha-
bent. queqꝫ mutuantur. Inseram etiam quattuor verborū for-
mas. et ea: que in prima sunt confusa ꝑsona. Addam ⁊ illa: q̄ i
indicatiuo dupliciter efferuntur. Post hec: de preteritis disse-
ram. inde de supinis. et de his: que in illis deficiunt. Postre-
mo de passiuoꝝ/ cōmuniū/ deponentiumqꝫ preteritis.

Defectiā ī numeris/ tꝑibꝫ/ modis/ ⁊ ꝑsoīs.

Infit verbum est ꝑsone tertie temporis presentis/ ⁊ preteriti ꝑfec-
ti. Forem fores foret: in plurali forent preteriti optatiui/ ⁊ sub
iunctiui modi voces sunt. fore vero infinitiuum. Sic afforem/ ⁊
conforem variantur. Queso in plurali quesumus: huius in infi
nitiuo quesere. Explicit: in plurali explicitūt. Inquio/ seu in-
quam inquis inquit: in plurali inquiunt. in preterito ꝑfecto in
quisti inquit. in imꝑatiuo inque. futuro optatiuo inquiat: par
ticipium inquiens. he voces in vsu reperiuntur: Priscianus
autem totam fere verbi declinationem reperiri testatur. Au-
sim ausis ausit: in plurali ausint. Cedo secūde ꝑsone: hoc est dic:
imꝑatiuo cedite. Faxo faxis faxit: in plurali faxunt. futuro op
tatiui faxint. Aio ais ait: in plurali aiunt. preterito imꝑfecto
aiebam aiebas aiebat. in plurali aiebam⁹ aiebatis aiebāt (Sa
lustinus: Merito necatos aiebant) preterito perfecto ait: im-
ꝑatiuo ai: in plurali aiamus. futuro optatiui aiat: in plurali ajat

Aue/ salue/ vale. Imꝑatiuo aue: in plurali auete. futuro ¶ ant.
aueto: in plurali auetote. in infinitiuo auere. Sic salue/ et vale
declinantur. Quat/ ⁊ perdiunt sole voces sunt. Quat vero

euans participium habet.

Diescit/lucescit/noctescet/vesperascit p tertias psonas variantur. at in preteritis pfectis/ ꝛ que ab his formantur: deficiunt.

Memini meminisi meminit: in plurali meminim⁹ meministis meminerunt/ vel meminere voces sunt communes presenti/ ꝛ pterito pfecto modi indicatiui. preterito plusq̄perfecto memineram memineras meminerat: in plurali memineramus memineratis meminerant. futuro imperatiui memento: in plurali mementote. preterito perfecto/ ꝛ plusq̄ perfecto optatiui vtinam meminissem meminisses meminisset: vtinam meminissem⁹ meminissetis meminissēt. Preterito pfcō subiūctiui cū meminerim/ ris/ rit: cum meminerimus/ tis/ rint. preterito plusq̄pfecto cū meminissem per omnes personas vtriusq numeri. futuro cum meminero/ ris/ rit: cum meminerimus/ tis/ rint. preterito pfecto/ ꝛ plusq̄pfecto infinitiui meminisse. Sic declinantur Odi/ Noui/ Cepi: nisi q etiam in impatiuo deficiunt. addit Focas Repigi.

Impsonalia tam actiue q̄ passiue vocis p singula modoꝝ tēpora singulas voces habent.

Uolo/ et Malo in imperatiuo modo/ ꝛ supinis deficiunt. malo etiā in futuro indicatiui.

Nolo habet in impatiuo noli/ nolito: nolite/ ꝛ nolitote.

Defectiua in coniugatione.

Sum es est: Edo es est: Uolo vis vult: ꝛ fero fers fert anomala sūt: nā nō sequūtur certe ꝯiugatōis decliatōnē. Edo habet i ipatiuo esto: este/ et estote. ꝛ i pn̄ti/ ꝛ ipfecto optatiui essē esses esset: essemus essetis essent. in infinitiuo esse. olim autem ederē/ et edere: nam dicebant edo edis edit. illis vero vocibus etiam Macrobius vsus est in gerundis olim edendi/ do/ dū: nūc essēdi essendo essendum.

Duco/ dico/ facio/ et fero habent in imperatiuo duc/ dic/ fac/ fer p duce/ dice/ face/ fere. que ideo p apocopen proferuntur: ne casus nominum esse videantur.

Que p̄terito carent: et que mutuātur.

Preterito pfecto/ ꝛ his tpibus/ q̄ formantur ab illo: carent oīa verba: que inchoatiua appellantur/ ꝛ meditatiua (vt labasco/ ꝛ amaturio) preter hec duo esurio/ ꝛ parturio. preter glisco (qd olim glisci habuit) sido/ polleo/ quatio/ furio/ sisto/ ferio/ fero/ sū/ timeor/ metuor/ tollor/ poscor/ arguor: ꝛ omnia passiua/ quorū actiua supinis carent (que īfra docebimus) additur vescor/

medeor/ reminiscor/ et liquor. Ex his pleraq mutuantur ab a/ liis: vt Sido a sedeo sedi. Quatio a pcutio cocussi: nã quassi nõ est in vsu. Furio ab insanio insaniui. Sisto cum compositis/ qñ neutrum est/ et absolutum: a sto steti: nam qñ actionem signifi cat: penitus caret: vt monet Priscianus. sunt tamen: qui di/ cunt sisto actiuũ habere statui/ et statutum. Ferio a percutio p cussi. Fero a tollo tuli. Sum a fuo verbo antiquo fui. Tollor a suffero: sublatus sum: sic eius actiuum tollo sustuli. Poscor a postulor: postulatus sum. Arguor a conuincor: conuictus sum. Vescor a pascor: pastus sum. Medeor a medicor medicatus sũ: Liquor a liquefio liquefactus sum. Reminiscor a recordor re/ cordatus sum: teste Foca.

De quattuor formis verbor/ et pri/ mum de inchoatiua.

Forme verborum sunt quattuor: videlicet inchoatiua/ meditati/ ua/ frequentatiua/ et desideratiua. Inchoatiue sunt: que in co terminantur: et rei inceptionem significant: vel quantũ sua pri matiua. vt calesco: hoc est incipio calere: vel caleo: vt Aulus Gellius docet. Formantur autem a scdã psona verbor pfecto/ rum addita co. vt labo labas/ labasco: luceo luces/ lucesco: cu pio cupis cupisco: viuo viuis viuisco/ et reuiuisco. Hio vero hi sco format: non hiasco. et misereor miseresco. Que omia tertie sunt coniugationis.

Meditatiue forme verba meditationem significant: et in urio termi nantur: fiuntq a supino in u addita rio. vt esu esurio/ mictu mic turio. et sunt quarte coniugationis.

Frequentatiua in to/ et in tor/ so/ et xo desinunt: et frequentatio/ nem significãt: fiuntq a supino vltimo u in o verso. vt cursu cur so/ nexu nexo: dictu dicto/ et dictito: quod est frequentati/ uum a frequentatiuo: vt factito. At illa que sunt prime coniu/ gationis: et a penultimũ habent: mutant illud in i: vt rogatu rogito/ volatu volito. Illa vero: que preteritum habent in gi: formant a secũda psona abiecta s: et addita syllaba to: vt legis legito/ fugis fugito. Quero qđe qrito/ scribo scriptito/ qso qsito/ scio scito/ scitor sciscitor/ sequor sector/ egreo egroto habet. Et sciendum est omnia prime esse coniugationis.

Desideratiue forme verba terminantur in so: vt viso: id est cupio videre. facio habet facesso: capio capesso: accio accerso: lacero

lacesso: arceo arcesso/ ⁊ huiusmodi. que sunt tertie coniugatõ-nis. De nominibus/ ⁊ significatione horum verborum aliter/ ⁊ et artius sentit Valla. sed nos tritiorem vsum secuti sumus non paruo consilio. Addunt plerique alias formas/ ⁊ diminutiuam in lo: vt sorbeo sorbillo/ catulo/ canillo: garro garrillo/ clauo cauillo pro caluillo.

Ea: que in prima sũt ꝯfusa ꝑsona.

Dico dicas/ ⁊ dicis: fũdo fundas/ ⁊ fundis: volo volas/ ⁊ vis: appello appellas/ ⁊ appellis: cõpello compellas/ ⁊ compellis: mãdo mandas/ ⁊ mandis: Lego legas/ ⁊ legis: sero seras/ ⁊ seris: cedo cedas/ cedo cedis.

Que dupliciter in indicatiuo efferuntur: et idem significant.

Tergo tergis/ ⁊ tergeo terges: feruo feruis/ ⁊ ferbeo ferbes/ ⁊ ferueo ferues: strideo strides/ et strido stridis: fulgo fulgis/ ⁊ fulgeo fulges: denso densas/ ⁊ denseo denses: duro duras/ ⁊ dureo dures: olo olis/ et oleo oles: conniuo conniuis/ ⁊ conniueo conniues: vngo vngis/ et vnguo vnguis: sorbo sorbis/ ⁊ sorbeo sorbes: frigo frigis/ et frigeo friges: excello excellis/ ⁊ excelleo excelles: sono sonis/ ⁊ sonas: vno vnas/ ⁊ vnio vnis. reddo reddis/ et reddo reddas: caueo caues/ ⁊ cauo cauis.

Que duplicem vsurpant ꝯiugatõnẽ.

Morior/ potior/ ⁊ orior secũdũ tertiam/ ⁊ quartam ꝓferuntur coniugationem. item et cupio/ pretereo sunt testes. Sed si in aliquo dubitas: sciscitare doctissimos.

Preterita confusa.

Cerno/ ⁊ cresco creui: pasco/ ⁊ paueo paui: acuo/ ⁊ aceo acui: pẽdeo/ ⁊ pẽdo pependi: luceo/ ⁊ lugeo luxi: frigeo/ ⁊ frico frixi: pãdo/ ⁊ patior/ ⁊ pateo passus sũ: vertor/ ⁊ versor versus sũ.

Syncopata in preterito.

Non te lateant preterita in ui: ꝓferri ꝑ syncopam in secunda ꝑsona vtriusque numeri/ ⁊ i tertia pluralis: vt amasti/ amastis/ ⁊ amarunt. demuntur ex his bisyllaba: preter ista quattuor cum compositis: sciti/ nosti/ flasti/ flesti.

De pterito prime coniugationis.

PRime coniugationis verba siue actiua/ siue neutralia formant preteritum a secunda indicatiui persona mutata as syllaba in aui: vt amo amas amaui. Sed crepo facit crepui: nexo nexui: tono tonui: iuuo iuui: do dedi: circudo circudedi: reddo reddis reddidi: sto steti: resto restiti: veto vetui/ et vetaui: plico plicui/ et plicaui: item eius coposita: sed rarius in aui: preter duplico: quod semp habet duplicaui. neco necui/ et necaui: domo domui: frico fricui: cubo cubui: sono sonui: seco secui: mico micui: cuius quidem cposita cum prepositionibus in aui faciunt: vt replicaui/supplicaui/ dimicaui: dicimus etiam et dimicui. At non est ignorandu: q coposita simplicium sequutur formationem. sed si secus se habeant: infra monebimus.

De pterito scde coniugationis.

SEcunde coniugationis verba quecuq/ consonante ante eo syllabas habentia: in ui syllabas preteritu faciunt: vt sorbeo sorbui. Excipitur iubeo iussi. et que habet vocalem natura longam/ vel ar syllabam ante deo: que i si preterita reddunt: vt rideo risi/ ardeo arsi. sed strideo stridi habet. tollimus etiam illa: que i/ vel e breuem habent ante deo: qm in di preteritum efferunt: vt video vidi. sedeo sedi. excipimus etiam geminantia preteritu: vt mordeo momordi/pendeo pependi/ tondeo totondi/ spondeo spospondi. Et discendum est equidem omnia geminantia: in compositione no geminari: vt respondeo respondi. demuntur a do/ et sto/ et a disco/ et posco coposita: vt addo addidi/ consto constiti/ dedisco dedidici/ reposco repoposci. excipimus etiam duo a curro: precucurri/ et decucurri. Repungo/repupugi/ et repunxi facit. diuido vero diuisi. prandeo quidem geminu habet preteritu prandi/ et pransus sum/ audeo ausus sum. gaudeo gauisus sum: olim gausi et gauisi. mereo merui/ et mestus sum. placeo placui/ et placitus su: teste Mauro. Demuntur etiam habentia l/ vel r ante geo: qm in si finiunt preteritum: vt algeo alsi/tergeo tersi. Et que habet vocalem longam/ vel diphthongon ante geo: qm in xi faciunt: vt lugeo luxi/frigeo frixi/ augeo auxi. Item leo leui. et ea: que habent consonantem ante leo: que in ui syllabam terminat: vt fleo fleui. obsoleo obsoleui het/ et soleo solui (vt e apd Salustiu)

et solitus sum: licet Varro vetet. Torqueo quoque cum compo-
sitis: nam in si desinit: vt torsi, et retorsi. Cieo cui habet, et ciui.
In veo autem desinentia: veo in ui vertunt vt fauco faui: sic et
feruo. nam ferbeo ferbui facit. Conniueo conniui, et conixi. Ad
duntur et mulceo mulsi, maneo mansi neo neui, hereo hesi, lu
ceo luxi, polluceo polluxi.

Bo. De preterito tertie coniugationis.

Tertie coniugationis verba in bo terminata: preteritum in
bi faciunt: vt bibo bibi. Sed ea, que vocalem propria na
tura longam ante bo habent: illum emittunt in psi: vt nu
bo nupsi scribo scripsi. A cubo vero composita faciunt i
ui syllabas: vt incumbo incubui. Imbuo quidem imbui.

Co. In co, n precedente: abijciunt n, et o in i conuerso: in ci prete-
ritum reddunt: vt vinco vici. Que vero vocalem habent natu
ra longam ante co: formant illum in xi: vt dico dixi. preter ico: quod
nunc produci, nunc corripi reperitur: et ici facit. parco autem
peperci, et parci. Illa, que s ante co habent: in vi gignunt pre-
teritum: vt nosco noui quiesco quieui, et conquiesco conquieui.
Demitur compesco: quod compescui facit. dispesco dispescui. dis
co didici: dedisco dedidici. posco poposci: et depoposci. glisco o-
lim glisci. conquinisco conquexi: et significat caput inclinare.

Do. In do finita: vertunt o in i: vt pando pandi, prendo prendi. ex
cipiuntur habentia v, vel i ante n in penultima: que in di pre-
teritum pariunt, abiecto n: vt fundo fudi. scindo scidi: olim sci
scidi. Sed diuido habet diuisi. tundo tutudi. Adduntur haben
tia vocalem natura longam ante do: que in si faciunt: vt ludo
lusi cedo cessi, rado rasi. Cedo quidem cecidi pe. producta: quum
percutere significat. cado cecidi, incido incidi. concido concidi,
et similia. Cudo cudi, et cussi: pedo pepedi: tendo tetendi: pendo
pependi. Fido vero fisus sum: olim fidi. perdo perdidi. et cetera
a do composita geminant di: vt credo credidi.

Go. In go: in xi finiuntur: vt cinxi: ago tamen egi, cum composi
tis dego degi: lego legi: frango fregi: tango tetigi: pungo pu-
pugi, et punxi: pango pepigi, panxi et pegi: primum significat
pacisci: alterum cantare: tertium coniungere. impingo impegi,
diligo dilexi, negligo neglexi, intelligo intellexi. Habentia r an
go: preteritum in si creant: vt mergo mersi. Demuntur compo
sita a rego: quoniam faciunt in xi: vt corrigo correxi. pergo per-
rexi.

Lo. In lo: in ui syllabas: vt colo colui. fallo autem fefelli. pello pepuli. psallo psalli. tollo tetuli: pro quo nunc sustuli. vello vel li/ et vulsi: reuello reuelli/ et reuulsi: Seruius tamen vetat dicendum vulsi/ et reuulsi. Percello perculi/ et perculsi. excello/ vel excelleo exculi/ et excellui.

Mo. In mo/ si vocalis longa precedat o: vertūt illud in psi: vt promo prompsi. Reliqua vero in ui syllabas: vt gemo gemui. Emo cum compositis emi. sed premo facit pressi: perimo peremi: Interemo interemi.

No. In no: vertunt no in vi: vt sino siui/ sterno straui. contemno tamen contempsi habet. Illa/ que g/ vel o ante no habent: in ui syllabas finiunt. vt gigno genui/ pono posui/ et a cano composita: vt succinui/ concinui. nam cano cecini reddit. lino lini/ et liui.

Po. In po: in psi: vt scalpo scalpsi. sed rumpo rupi habet. Illa tamen/ que e breuem ante po habent: in ui syllabas terminant: vt strepo strepui.

Quo. In quo: in xi: vt coquo coxi. linquo quidem liqui.

Ro. In ro: in vi: vt sero seui. cuius quidem composita in ui syllabas terminant: vt desero deserui. sed consero/ et insero habent conserui/ et conseui: inserui/ et inseui. tero triui e i i mutat. Curro cucurri: cuius composita (vt diximus) non geminantur: nisi decurro/ et precurro: que habent precucurri/ et precurri/ decucurri/ et decurri: vt Priscianus admonuit. gero gessi: vro vssi: verro versi/ et verri.

So. In so: in ui: vt lacesso lacessiui/ et lacessi. etiam arcesso arcessi/ accerso accersi/ capesso capessi habet. facesso facessi/ viso visi. queso quesi/ et quesiui. pinso pinsi/ et pinsui.

To. In to: in ui syllabas: vt meto messui/ sterto stertui. sed verto verti/ flecto flexi facit. necto nexui/ et nexi. pecto pexui/ et pexi. plecto plexi. mitto misi. peto petij/ et petiui. sisto statui. resto restiti. consto constiti/ et huiusmodi.

Uo. In vo: in ui syllabam: vt voluo volui. Demuntur habentia vocalem natura longam ante vo: que xi habent: vt viuo vixi/ conuiuo conuixi/ reuiuo reuixi.

Xo. In xo: in xui: vt nexo nexui.

Cio. In cio habentia a ante cio: a in e vertunt/ abiectoque o: preteritum reddunt: vt facio feci/ iacio ieci. Nam alia/ que i ante cio habent: in xi desinūt: vt aspicio aspexi. at icio ici facit. et elicio elicui.

Dio. In dio: in di: vt fodio fodi.

Fio. In fio vnũ est/ cũ ↄpositis: ⁊ habet factus sum: olim fui.
Gio. In gio: in gi: vt fugio fugi.
Pio. In pio: in pi: vt capio cepi. cupio autem cupij/ ⁊ cupiui. rapio rapui. sapio sapui/ ⁊ sapiui.
Quio. In quio vnum est Inquio: quod habet inquit tantum.
Rio. In rio vnum est Pario: quod peperi facit.
Tio. In tio: in si geminato s: vt concutio concussi.
Uo. In uo: in ui syllabas: vt acuo acui/ arguo argui. dicimus autem fluo fluxi: struo struxi: pluo plui/ ⁊ pluui: vnguo vngui/ et
Ho. In aho/ et in cho: in xi: vt traho traxi/ veho vexi. ⁋ vnxi.

De preterito quarte cõiugationis.

Quarte coniugationis preteritum formatur a secunda psona presentis indicatiui: mutata s littera in vi/ vel in i: vt munio muniui/ vel munij. Excipiuntur aũt in cio terminata: que/ si duarum excedant numerũ syllabarũ: ⁊ n habent ante cio: preteritũ in xi habent: vt vincio vinxi: qđ etiam habet vinciui/ ⁊ vincij. sancio sanxi: olim sanciui/ ⁊ sancij. Si vero non habuerint n: faciunt in si: vt farcio farsi/ raucio rausi. amicio autem amiciui/ ⁊ amicij. Sed haurio hausi effert/ ⁊ hauriui/ ⁊ haurij. salio salui/ et salij: vnde desilui. sepio sepsi: sentio sensi: venio veni: cambio campsi/ et cambij: aio aij. aperio aperui/ ⁊ aperiui: teste Foca. Et reliqua a pario deriuata faciunt in ui syllabas: vt cooperio cooperui: sed comperio comperi habet: reperio p in preterito geminat: ⁊ facit repperi.

De supinis verborum.

Supina verborũ in vm desinunt/ ⁊ in u: abiectis m: vt amatum amatu.
Bi. Ea/ que in bi preteritum habent: accepta tum syllaba: supinũ reddunt: vt bibi bibitum.
Ci. In ci finita preterita: faciunt supina in ctum: vt vici victum. sed verba ci ante o habentia: mutant cio in ctũ: vt iacio iactũ/ facio factum. Horum tñ composita habent e ante ctum: vt reiectum/ refectum.
Di. In di: in sum: vt vidi visum. momordi morsum/ totondi tonsũ. composita vero a do mutant o in i: et accipiunt tum: vt reddo redditum. circumdo autem circumdatum habet. tendo tentum/

tensum: ostendo ostentum/ ostensum: edo esum/ ⁊ estum: absco̅do absconsum/ et absconditum. Quinq; sunt: que cum compositis geminant s: vt findo/ scando/ cudo/ pando/ cedo: que ha̅t fissum/ scissum/ cussum/ passum/ cessum. Tutudi tunsum seruat n: vt Priscianus in duodecim carminibus asserit.

Gi. In gi/ in ctum: vt legi lectum. que vero a ante n habent: perdunt n: vt frango fractu̅. A fugi fugitum est.

Li. In li: in sum: vt fefelli falsum. tuli quidem latum: pepuli pulsum: velli vulsum: perculi perculsum habet.

Mi. In mi: in ptum: vt emi emptum.

Ni. In ni: in tum: vt cecini cantum. occini occentum.

Pi. In pi: in ptum: vt rupi ruptum. capio cepi captum: et no̅ ceptum. at incipio inceptum/ recipio ptum/ et huiusmodi.

Qui. In qui: in ctum: vt liqui lictum.

Ri. In ri: in sum: vt incurri incursum. peperi vero paritu̅ ⁊ partum. et ab eo composita in tum habent supina: vt repperi reptum per simplex p.

Si. In si: in sum: vt visi visum. misi missum per duplex s. Demu̅tur hausi haustum: pinsi pistum: gessi gestum: indulsi indultu̅/ aliquando indulsum: mulsi mulctu̅/ et mulsum: vssi vstum: torsi tortum/ ⁊ torsum. Addimus verba quarte coniugationis habentia l/ vel r ante si: que vertunt si in tum: vt fulsi fultum/ farsi fartum. excipimus quoq; habentia p ante si: que in ptum exiunt: vt scripsi scriptum/ cambio camptum.

Ti. In ti: in atum: vt steti statum. cuius quidem/ ⁊ a sisto composita i ante tum habent: vt prestiti prestitum/ resti restitum. Ex his aliqua atum producunt: vt prestatum/ obstatum/ constatum: Lucanus: Constatura fides superum. Verti/ vt eius co̅posita ostendunt: versum habet. nam conuerti conuersum/ aduerti aduersum facit.

Ui. In vi: mutant illud in tum: vt amaui amatum: audiui auditum: dimicaui dimicatum/ quesiui quesitum/ ⁊ questum. Dicimus tamen adoleui adultum: agnoui agnitum: cognoui cognitum: caui cautum: laui lautum/ et lotum. quondam lauatu̅. paui pastum. seui satum: mutat e in a: at inseui insitu̅ habet/ ⁊ conseui consitum. potaui potum: olim potatum. saliui saltum: solui solutum: volui volutum: veniui/ et veni ve̅tu̅: sepeliui sepultum: amiciui amictum.

Ui. In ui syllabas: in itum: vt domui domitum. preter fricui frictum/ necui nectum/ secui sectum/ censui censum/ docui doctu̅/ statui statutum/ miscui mixtum/ tenui tentum/

torrui tostũ: posui postũ/ ⁊ positum: alui alitum/ ⁊ altum: colui cultum/ consului consultum/ succinui succentum/ concinui concentum/ et sic cetera a cano: molui molitum/ occului occultũ/ rapui raptũ/ texui textum/ messui messum. Habentia r ante ui syllabas: mutant illas in tum: vt aperui apertum. carui tamẽ caritum habet/ ⁊ cassum: parui paritũ/ et partũ. At in uo terminata: vertunt illud in utum: vt acuo acutũ. ruo rutũ ⁊ ruitũ: composita vero a ruo rutum faciũt: vt dirutũ/ erutũ/ et eruitũ: vt Prisciano placet.

Xi. In xi: in ctum: vt dixi dictũ. Illa autem: que habent n ante si abijciunt illud: si tertie sint coniugatõnis: vt mictũ/ pictũ. excipimus cinctũ/ tinctũ anctum/ vnctum/ punctũ. Fluxi quidem fluxum habet/ nexi nexũ/ fixi fixum: qđ Priscianus oblit⁹ est.

Ea: que in supino deficiunt.

Supinis quidem carent omnia inchoatiua/ ⁊ meditatiua: p̃ter parturio parturitum/ esurio esuritum. Item volo/ nolo/ ⁊ malo. Adde omnia neutra secunde cõiugationis: que preteritum in ui syllabas habent: vt langueo langui. preter hec placeo/ noceo/ careo/ pareo/ valeo/ ⁊ doleo.

Hec quoq; supinum non habent.

Aestuo/ sterto/ mico/ rudo/ strido/ strideo/ psallo/
Et conquinisco/ parcas/ obedit quoq;/ dego/
Respuo/ scalpo/ suo/ sic signans cerno videre.
Horreo/ scando/ pauet/ mando/ scabo iũgere debes/
Linquo/ cũ satago/ compesco/ lamboq;/ lingo/
Ambigo/ cum metuo/ timeo simul/ vrgeo/ glisco/
Caluoq;/ cum temno/ disco/ tremo quoq;/ posco.

Similiter et aliqua ex his: que inter defectiua posuimus.

De passiuorum/ comuniũ/ deponentiumq; preteritis.

Passiua ex proprijs participijs/ ⁊ sum es est connectunt preteritũ: vt amor amatus sum/ vel amatus fui. illa igitur/ quorũ actiua

in supinis deficiũt: carent preteritis. Restat tam: vt dicamus de supinis communiũ, et deponentium. que vt facilius formes: finges ex illis actiuum in o: et (seruata simili norma) finges etiam supinum. quod verum esse coperies: vt ab opitulor: fingatur opitulo opitulaui opitulatũ: et est verum supinũ: ex hoc ergo participium: ex quo deinde preteritũ formabis. At hec/ que sequuntur: hanc fugiũt litteram: amplector amplexus sum/ cõplector complexus sum/ experior expertus sum/ misereor misertus sum/ reor ratus sum/ loquor locutus sum/ nascor natus sum/ sequor secutus sum/ potior potitus sum/ vlciscor vltus sũ/ orior ortus sum/ obliuiscor oblitus sum/ irascor iratus sum/ cõminiscor commentus sum/ fruor (in quo Focas delusus est) fretus sum/ fruitus sum/ et fructus sum: morior mortuus sũ/ tuor tuitus/ tueor tutus sũ/ queror questus sum/ vtor vsus sũ/ ordior orsus sum/ proficiscor profectus sum/ nanciscor nactus sũ/ paciscor pactus sum/ expergiscor experrectus sum/ fungor functus sum/ gradior gressus sum/ metior mensus sum/ et metitus sum: patior passus sũ/ fateor fassus sũ/ fatiscor fessus sum/ labor lapsus sum/ adipiscor adeptus sum: nitor olim nixus sum/ nunc nisus sum. comperior/ mereor/ et diuertor: habent comperi/ merui/ et diuerti: que Focas passiua neutra appellat.

Potuissem pluribus in locis doctorũ autoritates afferre: sed/ quia studui breuitati: illas preterij non imprudenter. Si qui vero sunt: qui doctorum testimonia querant: ex doctissimis grammaticorum/ atque vsu autorum accipere poterunt.

Uale lector: et ama Sulpitium tuum.

Finis.

Sulpitii verulani in libellum de constructione partium orationis ad Mazancollum prefatio.

Cum decembribus mecum vacationibus considerarẽ aliquid ocio lucubrare: quod tuo mazancolle sapientissime nomini dedicarem: venere forte mihi in mentem tui nepotes charissimi: quibus si commodum facerem: tibi forte gratissimũ non dubitabam. Statui ergo de constructione illis opusculum scribere sub tutela nominis tui: ne quis liuidus/ et detractor in illud latrare auderet: atque vt/ inde quantulecunque

mihi gloria oriretur: tua magis approbatione clareret. Ad qd opus aggrediendū impulit me etiam charitas quedam/ et pietas erga adolescentes: qui fraudati sunt simplicitate doctrine. Nam cum multi (licet doctissimi) hac etate viri de cōstructiōe scripserint: id tñ/ qd erat nō negligendum: preterierūt: nominū videlicet constructionē. Illorūq; alij nimis implicati/ et parci fuerunt. alij licet incautiq; in tenuissimos inciderūt errores. alij nimis profusa/ sed non plena: tradiderūt precepta. Ego autem conatus sum ita breuiter rem colligere: vt breuitas ipa nō pariat obscuritatē: et ita accurate: vt nihil preteriam necessarium: nec aliorum sequar errores: neq; tam vulgariter scribere volui: vt nihil laboris in pectore docentis relinquerem. nam verborum significata non posui: nec secundas psonas: et preterita/ et supina: vt alij posuere. Est enim huius libelli titulus solummodo de constructione. quem vt leta frōte suscipias: magnopere te oro amplissime pater. curesq; vt Hieronym⁹/ et Philipus hunc diligenter ediscant. plus enim in hoc: q̄ in alijs quibuscunq; de constructione proficient.

De generibus verborum.

Genera verborum precipua sunt duo: personale/ et impersonale. Personale verbum est: qd p numeros/ et psonas declinatur: vt amo amas amat/ amamus amatis amant. Impsonale est: quod numeris caret/ et personis: vt tedet/ miseret.

De verbo personali.

Genera verborum psonalium sunt quinq;: actiuū/ passiuū/ neutrū/ commune/ et deponens. Sunt: qui diuidant neutrum in neutrum simplex/ neutrū substantiuum/ neutrūpassiuū/ et neutropassiuū: que sunt neutri generis species.

Omnia verba psonalia volunt ante se nominatiuum/ seu vocatiuū: vt ego amo/ o Virgili ama.

Nominatiuus/ et vocatiuus cum verbo debent in duobus accidētib⁹ ꝯcordari: in psona/ et in numero: vt tu amas/ et o tu ama.

Adiectiuū cū suo substantiuo debet in tribus conuenire: in genere/ numero/ et casu: vt vir doctus legit.

Relatiuum substantie cum suo antecedēte in tribus ꝯcordatur: in genere/ numero/ et psona: licet in persona discordari cum verbo possit. vt equus/ quem video: currit.

Omnia verba actiua volūt ante se nñm/ seu vocatiuum agentē/ et post se accusatiuū patiētē. Exceptis metuo/ formido: timeo/

audio/ video: et quedam alia ad sensus ptinentia: que (si recte aduertimus) nominatiuum postulant patientem/ et accusatiuū agentem: vt indicat Priscianus. sed ista eidem regule subijciantur. Interdico solum ex actiuis refugit accusatiuum.

Actiuū verbum est: qḋ in o desinit: et format passiuum in or: vt amo amor. et potest facere transitionem ad hominem in prima/ vel in secunda persona.

Hec/ et plura ex actiuis solū accm̄ paciētē

post se postulant (vt ego amo galateam) amo/ diligo/ colo/ video/ tango/ porto/ fero/ gero/ voco/ teneo/ verbero/ timeo/ formido/ metuo (dicimus tamen metuo tibi/ et a te. sic timeo tibi/ et a te. sed subintelligitur accusatiuus: et differunt) desidero/ cupio/ incipio/ inchoo/ lego/ perlego/ relego/ despicio/ decipio/ Fallo (dic autem: via me fefellit) finio/ perficio/ perago/ cano/ canto/ honoro/ sperno/ contemno/ vitupo/ Fastidio (vt ego fastidio verba tua) laudo/ supplico (quod etiam datiuo iungitur: vt supplico te/ et tibi) consulo (id est consilium peto) ledo/ offēdo/ ausculto/ audio. sed dicimus etiam ausculto/ et audio tibi: hoc est obtempero tibi. Et potes addere quasi his omnib' datiuum: damnū/ aut vtile/ decus/ aut dedecus/ aut accidens denotantem: vt desidero laudem filio tuo. sic et nonnullis alijs: que dicētur inferius.

Hec/ et plura vltra accusatiuum accipiūt

datiuum indicantem: in quem dirigitur actus (vt tu das librū sulpitio) Do/ prebeo/ dono/ impendo/ trado/ tribuo/ exhibeo/ Credo (vt credo pecuniam tibi: id est mutuo/ et in fidem do. nā credo verbis tuis: id est fidem adhibeo: neutrum est) Nūcio/ significo/ dico dicis/ assero/ narro/ dico dicas/ lego legis/ lego legas/ scribo/ mitto (ex his tamen do/ mitto/ scribo/ iunguntur accusatiuo/ et prepositioni: vt scribo ad te litteras: do litteras huic ad te: hoc est: vt reddat tibi) committo/ mutuo/ submitto/ subdo/ obijcio/ suppono/ declaro/ manifesto/ recito/ promitto/ spondeo/ reddo/ debeo (quod et solum datiuū allicit) iubeo/ edico/ indico/ parco/ assimilo/ comparo/ confero te illi/ et cum illo/ mando/ comendo (vt commendo te pontifici: id est charum te facio pontifici. commendo te apud pontificem: idest laudo) ascribo te in numerum illorum: et ascribo hanc rem tibi laudi/ et ad laudem. monstro/ ostendo/ indico/ refero tibi: hoc est: dico

tibi: refero ad te: id est consulo te. suadeo/ persuadeo/ dissuadeo/ inuideo: vt inuideo tibi visum lignorum. Maledico tibi/ et te: dicimus. sic construes benedico: et vno casu contentatur. Interdico vero accusatiuũ non postulat: sed datiuũ/ et ablatiuum sine preposit[i]one: vt interdico tibi aqua/ et igni.

Hec/ et non plura vltra accusatiuum patientem: alium accusatiuũ postulant (vt ego doceo te grammaticam) Doceo/ moneo/ admoneo/ rogo/ interrogo/ celo (dicim[us] etiã celo tibi librũ: et celo te de libro) Flagito/ posco/ peto/ postulo (sed hec duo etiã ablatiuũ cũ prepõe (vt pluriũ) hñt: vt postulo abs te bñficiũ) oro/ exoro/ calcio/ Vestio/ induo/ Exuo/ cingo/ succingo: dicim[us] enim vestio/ et induo/ et exuo te veste: et accingo me ense. Cõprehendes cum superioribus ab eis quedam composita: vt edoceo/ cõmoneo. legim[us]: doceo te de hac re/ et admoneo te huius rei.

Hec/ et plura post accusatiuum requirunt ablatiuum sine prepopositõne (vt spolio te veste) Munero/ percutio/ verbero/ Dono te munere aurato/ orno/ priuo/ onero/ exonero/ lacto/ educo/ cibo/ alo/ nutrio/ dico/ munio/ spolio/ vitupero/ offendo/ mordeo/ impugno/ expugno/ oppugno/ lacero/ vulnero/ saturo/ saucio/ vacuo/ Aspicio/ Conspicio/ Suspicio/ Respicio/ Inspicio/ Prospicio (que quidẽ aliquando relicto accusatiuo datiuũ volunt. Terẽtius. Tibi prospexi) vexo/ instigo/ irrito/ pello/ fugo. Cedo te baculo .i. verbero. nam cedo tibi .i. do locum tibi: neutrũ est acquisitiuum. Capio te manu. sed quando dicimus: hoc atriũ capit centum homines: significat: quod est capax centum hoĩnũ. Corono/ peto: vt peto te hasta: cum hasta non dicimus.

Nam quando instrumenta significamus: hanc prepositionem cum non addimus: vt loquor lingua/ curro pedibus. quando vero coniunctionem/ et cõmitum exprimere volumus: addimus prepositionem (vt testis est Valla) vt suscepi te cum honore: et tu scribis cum iucunditate. quod quidem raro fallit: et possũt hoc pacto innumerabilia verba construi.

Hec/ et plura post accusatiuum volũt genitiuum/ vel ablatiuum sine prepositiõe (vt impleo cadum vini/ vel vino) Impleo/ compleo/ expleo/ repleo/ purgo/ dãno/ accuso/

arguo/ increpo/ corripio/ reprehendo. Sed Emo/ Comparo/ Uendo/ Uenundo ablatiuum solūmodo preciū denotantē postulant (vt emi lactantium quattuor aureis) volunt vero illa q̄tuor hos simplices genitiuos: tanti/ quanti/ pluris/ et minoris: quantidem/ ꝛ tantidem. similem constructionem sequuntur omnia verba: post que exprimenda sunt: vt apprecio/ ago/ doceo/ facio/ consto (Juuenalis. Atq; ideo pluris q̄ coss' agebat. Jdem. Crisogonus quanti doceat vel pollio quanti. Jdē. Tanti tanti vna venefica constat) at dicimus: Emi librum minori precio: q̄ tu. potesq; addere prepositionem cum ablatiuo: vt emi librum abs te tribus talentis. Estimo genitiuum etiā regit: vt omnes vnius estimemus assis: vt inquit Catullus.

Hec/ et plura vltra accusatiuū possūt recipere ablatiuum: prepositione adiecta (vt verulani audiunt lectionem a me/ vel ex me) Audio/ intelligo/ habeo/ capio/ accipio/ recipio/ suscipio/ separo/ diuido/ segrego/ Aufero (qđ etiam datiuo iungitur) pello/ expello/ haurio/ retraho/ libero/ Soluo te e vinculis: ꝛ estus soluit gelu. Moueo amoueo/ remoueo/ semoueo/ dimoueo/ commoueo/ Uello/ diuello/ reuello/ conuello/ extirpo/ proijcio/ eijcio/ exigo. quibus fere omnibus potest addi ablatiuus sine prepositione denotans rem efficientem: vt haurio aquam e puteo manibus. Audio lectionem a te auribus. Uello herbas e terra ligone.

Dictum est iam de verborum actiuorum constructōne. sed animaduertendum est: q̄ multa cuiusq; generis verba absolute poni possunt: vt Amo. Nonnulla aliquando solo dtō sūt ɔtēta: vt inuideo tibi. bñdico tibi. Multa/ relicto post se casu: alijs verbis adherent: vt opto te viuere: puto te dormire. cupio: euadas doctus. Multa prepositioni/ ꝛ casui suo iunguntur: vt rideo de te. ꝛ timeo ob verba tua. Sed (qꝛ īpossibile est colligere verba omnia) charissime lector poteri(s ex paucis reliquorum constructionem tuo studio/ ꝛ industria discere. Teq; oro: ne audeas hoc opusculum vel addendo aliqđ/ vel subtrahendo corrumpere. est enim vniuscuiusq; officiū ita seruare volomina: vt a suis autoribus scripta sunt.

De passiuorum constructione.

Passiuum verbum est: quod ab actiuo formatur addita r: vt amo amor. sed datiuo / vel dare primam personam non habet. Passiua verba omnia querunt ante se nominatiuū / vel vocatiuū patientem: ⁊ post se ablatiuum cum prepositione / vel datiuū agētem: ⁊ post illum postulant (si libet) omnes casus suorū actiuorum: vt Gal. tea amatur a me / vel mihi. littere dantur a me tibi. Dices tamen: a me iuberis tu: ⁊ hoc iussum est mihi ab illo: quanq̄ Seruius dicat Iubeor non inueniri. A me inuideris tu. ⁊ hec res inuidetur ab illo mihi. sed inuideor: figurate a poetis prolatum asserit Priscianus. A me celatur tibi liber. et a me / vel propter me celaris tu librum. Tu es interdict⁹ a me aqua / et igni. aqua et ignis est interdictus a me tibi: vt Valla docet. Tu es rogatus a me veniam. venia rogata est abs te mihi. Cadus repletur a me vini / ⁊ vino. Equus emitur a me / vel ab illo tribus aureis / vel pluris. Tu doceris a me grāmaticam. Ego muneror a te veste. Lectio auditur a me a magistro. Illa vero quattuor Nominor / vocor / nuncupor / ⁊ appellor volunt post se etiam nominatiuum: vt nominor Sulpitius: scz a te vel ab aliquo. Sic construuntur ⁊ plerumq; alia: vt Feror sublimis. scribor heres. iudicor sapiens. arguor innocens.

De neutrorum constructione.

Neutrum verbum est: qd in o desinens: non habet passiuū in or: vt aro / seruio. Sum vero / ⁊ sua composita nō in o desinūt. Sic defectiua illa / inquam / infit / odi / noui / cepi / memini / ⁊ huiusmodi.

Hec / ⁊ vix plura ex neutris querunt ante se nominatiuum patientem / ⁊ post se ablatiuū (vt careo nūmis: id est non habeo nūmos) et vocantur possessiua. Careo / abundo / affluo / Mereo: quando militare significat (Lucanus. Aere merent paruo) nam in aliis significationibus dicim⁹: mereo laudem. sic et mereor palmam: ⁊ mereor de te (id est: confero in te aliquid) ⁊ mereo mortē filii / vel propter mortē filii. Cōsto: vt liber constitit mihi duobus aureis. Egeo autem / ⁊ indigeo vel genitiuo / vel ablatiuo contenta sunt: vt egeo auro / ⁊ auri. Satago (hoc est: satis sum curiosus: vel perago: ⁊ pcuro) solo genitiuo. Terentius. Dic satagit rerum suarum. Abstineo illius (dicimus) illum / ⁊ illo: vt tradit Priscianus.

Hec/ et plura ante se postulant noīatiuū agentem/ ꝛ post se datiuum (vt inseruio amicis) et appellātur acquisitiua. Seruio/ inseruio/ deseruio/ prosum/ proficio/ adsum/ presum/ presideo/ preniteo/ obsum/ noceo/ officio/ Sufficio: quanq̄ dicamus: Terra sufficit humorem herbis: id ē dat habunde. placeo/ libeo/ displicio/ incido/ accido/ venio/ euenio/ aduenio/ contingo/ conuenio/ resto/ Uaco: quando significat dare operam: nam/ si cum ablatiuo construitur: significat vacuum esse: vt vaco culpa: id est vacuus sū culpa. Liceo (hoc est licitū esse) Lateo: vt tu mihi causam lates. quod etiam accusatiuo adiūgitur: vt nulla res latet deum. Inuigilo/ Incumbo studijs/ ꝛ ad studia. Consulo: cum significat consilium do/ et prouideo: vt consulo rebus tuis. Studeo: quod etiam aliquando iungitur accusatiuo. benefacio/ satisfacio/ madefacio/ liqo: id est manifestus sum. Caueo: qd̄ etiam ablatiuo/ p̄positioni q̄ iungitur: vt caue tibi ab illo: et accusatiuo. Iuuenalis. Cauet hunc: quē coccina lena. Faueo/ confero/ derogo abrogo/ assuesco/ obedio/ pareo/ obtempero/ fido: quod et ablatiuum assumit: vt fido tibi/ et te/ ꝛ illo. Hereo/ adhereo/ inhereo/ acquiesco/ obuio/ Insto/ Illudo/ Insulto: quanq̄ ista tria etiam accusatiuo iungantur. Adsto etiam ablatiuo: vt adsto illi/ illo/ illum/ et etiam circa illum.

Intersum/ quando p̄sentiam significat: datiuū post se postulat: vt interfui disputationi. quando significat differentiam: vult p̄positionem cum ablatiuo: vt ego intersum ab illo: dicimus etiam multum interest inter me/ ꝛ te. quando notat distantiā: hoc pacto dicimus: Duo miliaria intersunt hinc ad vineam meam: et decem pedes intersunt ab ostio ad altare. quando vero significat vtilitatem: vult ante se nominatiuum agentem/ ꝛ post se genitiuum patientem: vt nūmi intersunt pauperū. Utimur tamen loco genitiuorum primitiuorum ablatiuis femininis quinq̄ pronominū possessiuorum: vt Lectio interest mea/ tua/ sua/ nostra/ et vestra/ sic et cuia: id est lectio est in re (id est vtilitate) mea/ tua/ sua.

Soluo quando satisfacere significat: neutrum est: vt soluo mercedem tibi. leges non es soluendo: id est soluere non potes. Sic construitur mutuo: vt mutuo pecunias tibi. nam r assumpto nō possunt transire in animal rationale. Mutuor autē deponens: regit accusatiuum/ et ablatiuum: vt mutuor nūmos a te.

Hec/ et plura volunt accusatiuum patien
tem (vt ego aro terram) et appellantur transitiua: Habent au
tem tertias passiuorum voces (vt aratur/ ꝛ arantur: bibitur/ et
bibuntur: vt monet Quintilianus. Ouidius. Tenuis mihi cā
pus aratur. Iuuenalis. Sed nulla aconita bibūtur) ab his par
ticipia passiue deriuantur significationis (vt aratus/ ꝛ arandus.
comesus/ et comedendus: potus/ et potandus) Aro/ semino/
sero/ insero/ desero/ mando/ id/ edo/ comedo/ obedo/ prādeo/ ce
no/ bibo/ poto/ pitisso/ puto/ meto/ ventilo/ disco/ hire/ vinde-
mio/ trituro/ egero/ digero/ ingero/ calefacio/ frigefacio/ tepe
facio/ putfacio/ et similia/ ambigo/ nauigo/ mereo: ꝛ merit⁹ sū:
vt merui aliquid de te. hoc est: contuli aliquid in te: ꝛ merit⁹ sū
de te. Memini lectionē/ et lectionis: odi/ noui/ cepi: que vim
habent actiuam: ꝛ neq̧ neutra/ neq̧ actiua sunt. Inquam/ ꝛ in
fit defectiua. Mingo/ spuo/ glomero/ girgillo/ glabro/ meren-
dino/ pinso/ spumo/ sitio/ inhio/ insisto/ delecto (cui additur ab
latiuus) vallo/ suo/ insuo/ assuo/ desuo/ molo/ neo/ filo/ naui-
go/ farcio/ resarcio/ munio/ euiscero/ volo/ nolo/ toro/ oleo/ re
doleo/ sudo: subeo murum/ ꝛ muro. Adeo vrbem/ ꝛ in vrbem.
Fugio illum/ ꝛ ab illo. Scio/ nescio/ ignoro. dicim⁹ tamē: scio
fidibus: scio cythara. Sono quando ad instrumentum ꝓprie
pertinet: vt campana bene sonat. et tua vox sonat stultitiā: hoc
est indicat. Virgilius. Nec vox hominē sonat. dicimus autem:
sono/ ꝛ ꝑsono cythara. vt est apud eundē. ꝛ eccho resonat vo-
cem tuam. ꝛ resonat tinnitibus ida.

Hec/ et plura post se non regunt casū sine
prepositione posita/ vel intellecta (vt fui in foro/ ꝛ apud forum)
et appellantur absoluta (nam sola ꝑ se valent: sensumq̧ indi-
cant) Eo/ vado/ euado/ meo/ pergo/ ambulo/ tendo/ accedo/
curro/ no/ nato/ pertineo (vt hoc ad te pertinet petre) Attin-
go etiam datiuo adiungitur. vigilo/ cubo/ dormio/ sterto/ osci
to/ screo/ strideo/ volo as/ transeo/ venio/ quiesco/ deambulo/
pereo/ incedo/ sedeo/ iaceo/ sto/ maneo/ permaneo/ sum/ absū/
adsum/ pugno/ deficio (vt campani defecere a rhomanis) Que
fere omnia aliquando alliciunt nominatiuum post se: vt incedo
regina. sum bonus. curro velox. Aliqua nōnūq̄ accusatiuum:
vt viuo vitam: eo iter/ ꝛ itinere: vigilo noctem/ et tota nocte:

exeo aulam/ et aula. sepe ablatiuū: vt eo pedibus: pereo ferro.
Sum non modo nominatiuum/ accusatiuum/ & ablatiuum post se postulat (vt sum doctus. sum apud forum. sum in theatro) sed sepenumero construitur cum genitiuo (vt tu es magne autoritatis) et cum datiuo (vt Multi libri sunt mihi: et mihi est cognomen Julo) et cum ablatiuo sine prepositiõne: vt Tu es magna ui/ et consilio.
Pluo/ mingo/ fulmino/ tono/ grandino/ tempesco absolute per se valent in tertijs personis. recipiunt tamen nominatiuū/ & accusatiuum: vt Jupiter pluit lapides: Fulminat turres: grandinat segetes. Leges apud Liuiū: Pluit lapidibus/ & pluerūt lapides. Statius in thebaide inquit: Saxa pluunt.
Diescit/ noctescit (id est incipit fieri nox/ vel nox fit) defectiua sūt/ et absolutissima.

Hec/ et plura querunt ante se nõiatiuum

patientem/ & post se ablatiuum agentem/ siue accusatiuū cum prepositione ob/ vel propter (vt ego gaudeo gloria/ vel propẽ gloriam) et vocantur effectiua: Gaudeo/ iubilo/ exulto/ doleo/ mereo (quando mestum esse significat) albeo/ nigreo/ caleo/ frigeo/ tepeo/ egroto/ rubeo/ palleo/ splendeo/ pingueo/ maceo/ audeo/ fido/ areo/ vireo/ ardeo/ madeo.
Hec neutra passiua volunt ante se nominatiuum patientẽ/ & post se datiuum/ & ablatiuum agentem cum ꝑpone a/ vel ab (vt seruus vapulat dño/ vel a dño) Uapulo/ veneo/ exulo/ nubo/ fio/ liceo: vt tu licebis a me magno. et Ego sum factus. Sic cōstruitur calefio/ frigefio/ & huiusmodi.

De verborum cõim ꝯstructiõne.

Commune verbum est: qđ in or desinens nõ formatur a verbo desinente in o: & actiõnem & passionem signat: actiuorūq; et passiuorū simplicẽ cõstructiõnem requirit (vt ego interpretor persiū: A me interpretatur persius. Largior aūt datiuū etiā postulat (vt Largior equū tibi: A me largitur equus tibi) Largior/ experior/ veneror/ moror/ osculor/ hortor/ dehortor/ cohortor/ criminor/ amplector/ complector/ interpretor/ hospitor. Nec te lateat veteres īter communia posuisse Uereor/ vtor/ consulor/ dignor/ confiteor/ & testor.

De constructione deponentium.

Deponens verbum est: qđ in or finitū: non habet actiuū in o: et/ vel actionem/ vel passionem significat.

Hec/ et plura ex deponentibus post se ab

latiuum patientem sine prepōne volunt (vt vtor meis rebus) et appellantur possessiua: vtor/ vescor/ fruor/ potior/ fūgor. sed potior accusatiuo etiam/ ⁊ genitiuo coniungitur. Fungor accusatiuo/ ⁊ ablatiuo. Terentius. Tute illorum officiū fungere.

Hec/ et plura datiuū patientem requirūt

(vt ego auxilior infirmo) et vocantur acquisitiua: Auxilior/ opitulor (que etiam actō iunguntur) suffragor/ patrocinor/ medeor/ medicor (sed dicimus etiam medicor te) misereor tibi et tui. moderor te/ et tibi. Blandior/ adulor/ iniurior/ mentior/ irascor/ insidior/ ludificor/ amicor/ inimicor/ aduersor/ obuersor/ dominor/ aminiculor/ famulor/ ancillor. aliquibus quidem ex his potes addere ablatiuum: vt blandior tibi manu.

Hec/ et plura accusatiuum flagitant pati

entem (vt Solor te) et appellantur transitiua: Solor/ consolor/ furor/ aggredior/ adorior/ conor id/ et ad id. sequor/ insequor/ persequor/ populor/ predor/ depredor/ miror/ demiror/ admiror te. Pascor panem/ ⁊ pane. metior. Recordor/ Reminiscor/ Obliuiscor: que tria etiam genitiuis iūguntur. arbitror/ aspnor/ adipiscor/ venor/ aucupor/ piscor/ Stipulor illū/ ⁊ ab illo: id est interrogo/ vel spondeo. Promereor/ demereor/ emereor (nam mereor cum prepositione iungitur: vt mereor de te. Loquor dulcia verba ad te. et alloquor te dulcibus verbis) Reor/ opinor/ meditor/ imitor/ emulor/ exordior/ Ulciscor te/ ⁊ de te. sortior/ feneror/ adipiscor/ Prestulor (qđ etiam datiuo coniungitur) Lucror/ patior/ vaticinor/ pronosticor/ auguror/ miseror miserearis/ Liceor: cui additur ablatiuus/ ⁊ aliqñ genitiuus (vt Liceor te magno precio: ⁊ Liceor te tanti) Queror/ conqueror: quanq̄ dicimus etiam: queror de te/ et tibi: id est apud te molior. Potes addere aliquibus datiuū (vt furor equū tibi: Auguror tibi mortem) aliquibus ablatiuum: vt Aggredior te ferro: et Patior dolorem ex vulnere.

Ista/ et plura ante se nominatiuum vo-

lunt patientem/ ⁊ post se ablatiuum agentem sine prepositiōne/ vel accusatiuū cum ob/ vel propter (vt Letor pecuniis/ vel ꝓpter pecunias) et dicuntur effectiua: Letor/ gratulor/ cui dtūm

addimus: vt Gratulor tibi tua felicitate. sic et grator. Virgilius. Gratare sorori. Glorior/ indignor/ delector/ oblector/ moror/ stomachor/ tristor/ verecu͂dor/ expgiscor/ algoror/ bacchor/ crapulor/ contentor/ Grauor illo/ et illud.

Hec/ et plura requirunt ante se nominatiuum patientem/ ⁊ post se datiuum/ vel ablatiuum cum prepo͂ne (vt Ortus sum ex bono patre) et appella͂tur deponentia passiua: Orior/ nascor/ renascor.

Hec/ et plura non regu͂t post se casu͂ sine prepo͂ne (vt Altercor cum paulo) et nominantur absoluta: gradior/ proficiscor/ ingredior/ reuertor: nugor/ conuersor/ rissor/ tumultuor/ altercor/ ratiocinor/ argumentor/ lachrimor/ prelior/ labor/ Nitor sub po͂dere: ⁊ nitor hasta. cachinor/ gradior/ luctor/ grassor.

De verbis ip̄sonalib9/ ⁊ eoru͂ ɔstructo͂e.

Genera verborum imp̄sonalium duo sunt: actiue vocis scꝫ/ ⁊ passiue. Actiue vocis terminantur in t (vt tedet/ miseret) passiue in tur: vt amatur. Et descendunt ista passiue vocis a tertiis p̄sonis omniu͂ vere actiuorum addita ur: vt amat/ amatur. Sed dicimus amatum est/ amatum fuit/ amatum fuisset/ et similia in vnica dictione: ne putares duas. Descendunt etiam a neutris illis: que non significant passionem: et vim habent actiua͂/ vel absolutam: vt sunt careo/ et vapulo. que illa non habent: sed ab illis fere: que cum Seruio numeramus/ et cum Ero/ et eo is. Ab aliis verbis raro inuenies. Nullum quidem verbu͂ in or format imp̄sonale. A sum/ et compositis eius nullum/ preter Estur/ ⁊ potestur: inuenies. estur quoqꝫ ab edo es ē deriuat.

De constructione impersonalium passiue vocis.

Regunt quidem impersonalia ante se ablatiuum cum prepositio͂e/ vel loco ablatiui datiuum: vt a me/ vel mihi amatur. et absolute p̄ se valent: nec possunt construi transitiue. quare nu͂q̄ addes post illa acti͂m: nisi iuncta p̄po͂ne: vt a me itur in antiquam silnam. Potes autem addere quibusda͂ datiuum: si eorum personalia illu͂ regunt (vt a me seruitur tibi. Marcialis. Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico.

Aliquando ablatiuum cum prepositione: vt a me auditur. a te / et a me statur in foro. et a me interdictum est tibi aqua / et igni.
Est enim animaduertendum: quod in infinitiuis verborum impersonalium passiue vocis semper debet exprimi ablatiuus: vt volo a me amari: Uolo a me seruiri: id est volo amare: volo seruire.

De constructione impersonalium actiue vocis.

Interest et Refert / quando significant vtilitatem: si iungunt verbis infinitiuis: sunt impersonalia: et querunt ante se infinitiuum / et post se genitiuum omnium casualium dictionum. sed volunt pro genitiuis primitiuorum feim ablatiuum illorum pronomium: mea / tua / sua / nostra / et vestra: adde et cuia (vt dictum est in neutris) vt Legere interest Sulpitii: vel mea. et studere refert illius: vel tua. Inuenitur tamen refert quasi impersonale: quamuis non sit iunctum infinitiuo. habet enim solummodo tertias personas vtriusque numeri: vt hec res refert mea / vel illius. Dicimus etiam: Paruirefert / et istius non refert: in alia significatione: ea est: parum differt / et iste non curat.

Placet / libet / contigit / accidit / euenit / liquet / prestat (hoc est: melius est) constat (firmum est) conducit / expedit (hoc est: vtile est) conuenit / suppetit / vacat / restat / si infinitiuis verborum iungantur: sunt impersonalia: et volunt ante se infinitiuum / et post se datiuum: vt legere placet studiosis.

Decet / delectat / iuuat / et oportet / iuncta infinitiuis: sunt impersonalia: et infinitiuum cum accusatiuo postulant: vt Audire iuuat me.

Est / erat / fuerat impersonaliter sepenumero ponitur: et exigit ante se infinitiuum / et post se genitiuum: vt seruare fidem est boni viri. dicimus tamen: mea / tua / sua / nostra / et vestra.

Pertinet / attinet / et spectat / si infinitiuo iungantur: sunt impersonalia: et volunt ante se infinitiuum / et post se prepositionem cum accusatiuo: vt Legere pertinet ad me.

Penitet / Tedet (quod facit preteritum pertesum est) Miseret / misertum est / Pudet puduit / piget piguit genitiuum / vel infinitiuum / ante se querunt / et post se accusatiuum patientem: vt pauperum miseret me. aut (verso ordine) dicamus: Me miseret pauperum. Virgilius. Si te lapsorum miseret. Et hec semper sunt impersonalia: quamquam pudet olim fuerit personale. Terentius. Nonne hec te pudent? Oportet autem numquam regitur personaliter: nisi apud vetustissimos.

Decet / licet / liquet / Prestat (id est: melius est) Constat (firmum est) expedit / Iuuat / et conducit (pro vtile est) quando numeros in his

significatīs habent: inueniauntur p̱ tertias tantum declinari p̱sonas: nisi decet, ⁊ iuuat Vallam decipiant.

Benefit, malefit, satisfit volunt ante se ablatiuum agentem cū p̄positōne, et post se datiuū patientem: vt a me benefit tibi.

Incipit, desinit, debet, potest, solet ⁊ vult: si infinitiis p̄sonalib̄ iūguntur: p̄sonalia sunt: ⁊ verborum illorum postulant ɔstructōnē (vt ego volo amare te: Tu vis audiri a me: Tu dēs gaudere virtutibus: Tu potes letari pecunijs) si infinitiuis impsonalib̄ iunguntur: impsonalia efficiuntur: ⁊ illorum volunt constructionem: vt me incipit tedere vigilie: Mihi desinit placere studere: Me vult delectare dormire. Tn̄ dicim⁹ (sed raro: vt Valla refert) Desino te tedere vigilie: ⁊ volo me delectare dormire.

De infinitiuorum constructione.

Infinita verba omnia flagitant ante se accusatiuū, ⁊ post se casus suorum verborum: vt me amare galateam bonum est: ⁊ Me amari a galatea est optimū. Sed iste infinitiuus esse vult post se eūdē casū: q̄ p̄cedit tp̄m. vt ego volo eē doct⁹ mihi placet eē docto, ⁊ doct⁹. Volo me eē poetā. non tn̄ dicas: Volo me eē poeta. nam esse ante se accusatiuū habet: ⁊ post se simil̄ copulat casū.

De gerundiorū, ⁊ supinoꝝ ɔstructōe.

Gerundia, ⁊ supina, ⁊ participia ante se casum non postulant: sed post se requirunt casus suorum verborum. vt Studeo grā acq̄rendi gloriam: ⁊ Curro causa amandi a te: et Eo doctū discipulos: et eo doctum a p̄ceptore. Dignū doctu: id est dignū: vt doceat: vel vt doceatur. Nec te lateat gerundia, ⁊ supina eandē habere significationem: quam habent eorum verba: ⁊ ab omnibus verborum generibus deriuari. Ea autem: que ab actiuo descendunt: duplicem gerunt significationem. et sunt tā passiua, q̄ communia.

De participiis, ⁊ eoꝝ constructione.

Participium vult post se casum verbi sui (vt tu amans virtutē: facis bonum. Tu gaudens propter amorem: diligis galateā) debem⁹ etiā ei dare aliqñ illū casum: qui tp̄m precedit. vt Ego sedens letus: rideo. Mihi facto, vel existenti bono: placet virt⁹. et tu amas me: factum, vel existentem bonum.

Resoluitur quidem participiū in relatiuum ⁊ verbū tempore seruato. vt amans: qui amat: vel qui amabat. amaturus: q̄ amabit. amatus: qui amatus est. amandus: qui amabitur. Non-

nūq̄ resoluitur in verbum absq relatiuo: et cum aduerbio tē poris. vt magistro legente: hoc est: dum magister legit.

Terminationes participiorum.

Participia septem modis terminantur: in ans / ꝛ in ens (que sunt presentis / ꝛ preteriti temporis) in rus / et in dus (futuri) in tus / sus / xus: preteriti pfecti / et plusq̄3 pfecti. vnum eiusdem temporis in uus: quod est mortuus.

De significatōnibus participiorum.

Participiorum significationes sūt due: actiua sc3 / et passiua. Participia igitur / que a verbis vim actiuam habentibus deriuantur: actōnē significāt. q̄ vero passiuā: significāt passionem. Discendum tamen: nonnulla ex illis preteriti pfecti / ꝛ plusq̄3 pfci temporis aliquando solam actionem significare (vt fere omnia a deponentibus) aliquando tam actionem / q̄3 passionē (vt omnia: que a communibus deriuantur) et aliqua a neutris quibusdam (vt pransus / et cenatus) et a deponentibus aliquot: vt auxiliatus / meditatus / locutus / medicatus / comitatus imitatus / et plura. Illa vero futuri in dus / omnia passionem significant.

Participia ab actiuis.

Ab actiuo verbo duo participia formantur: in ans vel in ens (vt amans / ꝛ legens) ꝛ in rus: vt lecturus.

Disce autem omnia verba / que supinis carent: non posse habere participia in rus. Hec quidem / ꝛ forte plura ex actiuis carent supinis / et participiis in rus.

Respuo / cerno / suo propriis caruere supinis /
Linquoq3 / cum satago / compesco / lamboq3 / lingo /
Ambigo / cum metuo / timeo simul / vrgeo / glisco /
Calvoq3 / cum renuo / disco / tremo quoq3 / posco /
Angoq3 / cum viso / sugo coniungere debes.

Vrgo equidem supinū habet: sed in participio defecit.

A passiuis duo participia deducūtur: sc3 preteriti pfecti / ꝛ plusq̄3pfecti tēporis / ꝛ futuri i dus. vt doctus / et docendus. Sed illa: quorū actiua carent supinis: non habēt participia p̄teriti pfecti / ꝛ plusq̄3 pfecti. sed futuri tm̄ in dus.

A neutris duo: presētis tēporis / & futuri

in rus: vt seruio seruiens / seruiturus. Sed inchoatiua omnia / & meditatiua carent supinis: vt lecturio / et labasco: preter parturio / et esurio. item volo / nolo / malo / & neutra omnia secūde cōiugationis: que in ui syllabas faciunt preteritum: vt egeo egui / palleo pallui. sed ista excipiuntur. Placeo / noceo / careo / pateo / valeo / doleo: que habent placiturus / nociturus / cariturus / passurus / valiturus / doliturus. Hec quoqꝫ in vsu supina nō hñt.

Aresuo / flecto / mico / rudo / strido / strideo / psallo /
Et conquinisco / parcas / obedit quoqꝫ / dego /
Horreo / scando / pauet / mando / scabo / ningeqꝫ scalpo.

Quedā neutra tria hñt participia: vt prandens / pransus / et pransurus. sic etiam

Gaudeo / cum placeo / ceno / titubo quoqꝫ / nubo /
Audeo / fido / solet / iuro / pateo / mereoqꝫ /
Prandeo / suesco. tamen formabit fio futurus:

quod etiam a sum / es / est deriuatur.

Neutra transitiua fere quattuor participia habent: vt arans / araturus / aratus / & arandus. Vigilans / vigilaturus / vigilatus / et vigilandus. Iuuenalis. Frange miser calamos: vigilataqꝫ prelia dele. Tibullus. Cum fletu nox vigilanda venit. Ouidius. Viscera montanis ferret edenda lupis. Iuuenalis. Potaqꝫ flumina medo. Oratius. Porcis comedenda relinques.

A verbis comunibus quattuor emanant

participia: vt a Largior: largiens / largiturus / largitus / & largiendus.

A deponētibus tria participia deducunt:

presentis / & preteriti perfecti / et futuri in rus: vt auxilians / auxiliatus / & auxiliaturus. Vescor autem / et reminiscor / medeor / & liquor carent supinis. Fruor / & reor preteriti temporis tantum participiū habent. Vescor futuro caret. Orior habet oriens / ortus / & oriturus. morior moriens / mortuus / & moriturus. Cetera vero quomodo participia forment: ex eorum preteritis discere poteris.

Est autem aduertendum: a verbis deponentibus actionem significantibus partipia nasci in dus: siue quod olim fuerint comunia:

sue natura propria. vt sequendus / loquendus / aggrediendus.

Ab impersonalibus non extāt participia: nisi a Tedet pertesus: qd regit genitiuum / et accusatiuum (vt Seruius tradidit. Suetonius. Et quasi pertesus ignauiā suā) et a pudet pudendus / et a piget pigendus (Propertius. Po scis ab inuita verba pigenda lyra) et a penitet penitens. Lactantius. Remissurum se penitentibus peccata promittit. Sed sciendum hec veba apud antiquos fuisse perfecta.

Participium transit in nomen quattuor modis: constructōe / comparatione / compositione / et temporis amissione. Constructione: quando aliter construitur / q̄ verbū a quo descendit: vt amans virtutis. Comparatōne: vt ego sum magis doctus / q̄ tu. Compositione: vt indoctus: nam indoceo non dicimus. Temporis amissione: quando nullū significat tē pus: vt Ego sum amandus: id est amari dignus. Sum sectan dus: sum sectari dignus.

Nomina similia participiis / et ambigua / participia et sine verbis. Sunt nomina quedam participiis si- milia: vt trabeatus / togatus / caligatus / brachatus / litteratus / pellitus / cornutus / hirsutus / et plura. Sunt et alie voces: que cum tempore participia sunt: sine tempore vero nomina. vt ar matus / doctus / acutus / et similia. Sunt et absq̧ verbis parti- cipia: vt triumphatus / regnatus / laboratus / erratus / decursus. que recte dicuntur: quamuis eoꝝ verba in illis ex vsu deficiāt.

Figure participiorum due sunt: simplex (vt amans) et decomposita: vt peramans. Inueniuntur parti cipia: que Priscianus figure composite esse demonstrat: vt ea: que sunt ex verbis ex duobus corruptis compositis: cum ipsa ex duobus integris constent. vt infringo: infractus / contingo: contactus. Multa alia / que dici de participio possunt: apd Do natum iam dedicisti.

Consequentia / seu concomitantia fit per ablatiuum substantiui / et participii: vt Sulpitio scribēte: tu dor mis (id est: dū Sulpitius scribit) Lecto virgilio: iocabimur (id est: postq̄ lectus erit virgilius) et te dormituro: vigilabo. hoc est: dū tu dormies. Ideoq̧ consequentia appellatā: qd hoc mō dicendi p̄cedente aliquid aliud sequitur. et ideo ꝯcomitātia: q

alterū comitatur alterū. nā (vt diximus) Sulpitio scribente: tu dormis: nā: q tu dormias: dū Sulpitius scribit.

De relatiuis.

Relatio est antelate rei representatio: relatiuū est antelate rei re‑presentatiuū. estq duplex: videlz substantie / et accidentis. Relatiuū substantie est: qd refert antecedens substantiuū. vt Petrus / qui amat: disputat: et idem legit. Ista duo relatiua qui / et idē referunt illud substantiuū Petrus. Sūt aūt hec sola relatiua substantie: qui / que / quod / suus / ipse / sui / hic / alter / is / idem / ille / alius / reliquus / simul / ambo / vterq / cetera. nam ceter / seu ceterus non legitur.

Relatiuū accidentis est: qd refert antecedens adiectiuū: vt ego sum doctus: qualis es tu. hoc relatiuū qualis refert hoc adiectiuū doctus. Preterea omne relatiuum aut est identitatis / aut diuersitatis. identitatis illa dicuntur: que referunt eandem rē: quam antecedens refert: vt idem. diuersitatis autem ea: que referunt diuersam rē ab antecedente: vt alter / alius / reliquus.

Animaduertendum tamen est: omnia relatiua concordare debere cum sequenti substantiuo / aut equipollenti (vt sum pallidus: quales sunt amantes) excipimus vero relatiua substantie: que cum antecedente conueniūt. Salustius tamen qui / que / quod cum sequenti concordauit. Dixit enim: Est locus in carcere: qd Tullianum appellatur. sic et Virgilius. celeresq sagittas Corripuit: fidus que tela gerebat Achates. Oratius in epodo relatiuum accidentis cum antecedente preter morem oim cōcordauit. Sed incitat me pectus: māme putres equina qles vba.

Qualis / et talis correlatiua sunt: quorum antecedentia sunt adiectiua laudē / vel dedecus / dampnū / vel vtile / vel accidens / et qualitatem significantia: vt doctus / indoctus / pauper / diues / albus. vt sum talis: qualis es tu. sum doctus: qualis es tu.

Quātus / et tantus hñt antecedentia adiectiua: quātitatē (hoc ē: excessū / vel diminutionē) cōtinuā significantia: vt magnus / paruus / latus / longus / curtus / āplus. vt sū magnus: quantus fuit Polyphemus.

Quot / et tot habent antecedentia nōia numeralia (vt duo / tres / quattuor / viginti / centū) et possessiua ab his deducta (vt deni / vigeni / ducenti / treceni) vt Habeo decem aureos: quot habes tu. et Habeo denas patheras: quot habet episcopus.

Quotennis / et totennis habent antecedentia nōia numeralia / vel cōposita ex numeralibus / et anno (vt biēnis / triēnis / quīquēnis /

et similia) vt sum vigennis/ vel viginti quinqȝ annorum: quotēnis es tu. dices tamen: Sū natus viginti ānos: q̄t natus es tu.

Quotus/ et totus habent antecedentia nomina ordinalia (vt primus/ secundus/ tertius/ decimus/ vicesimus/ centesimus/ millesimus) vt sum primus in ciuitate mea: quotus es tu in tua.

Quotuplex/ et totuplex habent antecedentia duplex/ triplex/ decuplex/ centuplex et huiusmodi. vt habeo vestem duplicē: quotuplicem habes tu.

Quotuplus/ et totuplus habent antecedentia nomina mēsuralia/ et ponderalia (vt duplus/ triplus/ quartuplus/ decuplus/ centuplus) vt egyptus reddit triticum centuplum: quotuplum nō reddit italia.

Cuias est relatiuum patriū/ seu gentile: ⁊ habet antecedentia nomina possessiua patria (vt rhomanus/ arpinas) vel gentilia (vt Italus/ tuscus) vt ego sum verulanus: cuias non es tu. et sum italus: cuias es tu.

Cuius cuia cuiū refert possessionem: et habet antecedentia nomina/ vel pronomina possessiua/ vel genitiuos propriorū (quā uis substātiuorum) vt hic ensis ē eneus/ vel enee. cuiū ē hoc telū.

Quotenus (cuius meminit Priscianus) relatiuū est diuisiuū: ⁊ habet antecedentia binus/ ternus/ quaternus/ ⁊ similia. vt Fratres sunt bini: quoteni boues ad iugum.

De interrogatiuis.

Interrogatiuum nomen est rei dubie/ vel tanq̄ dubie postulatiuū. Interrogatio est rei dubie/ vel tanq̄ dubie postulatio. Interrogatiua aut sunt substantie: vt quis/ que/ quod/ et quid/ ⁊ vter (quod tantum querit de duobus) aut accidentis: vt qualis/ quantus/ cuius/ cuias/ quotennis/ quot/ quotus/ quotenus/ quotuplex. quibus respondetur p̱ eorum antecedentia/ seu reddita/ siue correlatiua: que iam dicta sunt.

Quis ꝓ q̄lis aliqñ ponitur: cui per eadē accidentia respondetur.

Aduerbia aūt interrogatiua sūt diligenter ꝯsideranda: vt qualit/ quō/ quando/ quantū/ q̄tiens/ cur/ quare/ ⁊c̄. Itē vbi/ quo/ q̄/ vñ/ quorsū/ quousqȝ/ ⁊ quoad. de quibus infra docebimus.

Sed quocūqȝ mō/ ⁊ p̱ quemcūqȝ casum fit interrogatio: fieri debet r̄nsio: nisi eundū modum seruare non liceat: aut vocabulum desit: aut verbū aliū p̄ se casū req̄rat. vt si rogeris: q̄tennis es? poti⁹ dixeris: sū quinqȝ/ ⁊ viginti annorum: q̄ sū quinquēnis/ ⁊ vigennis. ⁊ quanti vendidisti librum? r̄nde: decem aureis.

De destributiuis/ et eorum ꝯstructiōe.

Distributiuum est nota/ seu signũ distributionis. et est duplex: videlz affirmatiuum/ et negatiuum. Affirmatiua sunt hec.

Quilibet affirmat/ ambo quoqz/ et omnis/ Vterqz.

Nullus/ nemo negant. decet his adiũgere neuter.

Postulant autem post se genitiuum pluralem omnium casualium dictionũ/ vel singularem solũ nois collectiui/ vel ablatiuũ/ aut accusatiuũ cum prepositione. vt nullus ex istis/ vel inter istos. iunguntur etiam nominatiuo: vt nullus homo volat.

De partitiuis/ et eorum ꝯstructõne.

Partitiuũ nomen est: qđ partem trahit: et cum illo debet in genere concordare: vt Scriptor aliquis est breuis/ aliquis profusꝰ. Partitiua nomina sunt hec: quilibet/ alius/ aliquis/ quicunqz/ quis/ quidam/ et similia. et omnia: que partitiue ponũtur: vt numeralia (vt vnus/ duo) ordinalia: vt primus/ secundus.

In partitione requiruntur tria: videlz pars/ totum/ et qꝛ pars regat totum. sed si totum sit complexiuũ: tunc partes ĩ neutro genere/ vel feminino ponuntur: vt Huius montis aliud est terra: aliud lapis. et alia pars est terra/ alia lapis. Si vero totũ declinetur in plurali numero: tunc pars in plurali numero ponitur. vt litterarũ vne me delectarũt: alie non. construuntur autem sicut distributiua. Fit quoqz partitõ per prolepsim: vt paulo post dicetur.

De ꝯparatiuis/ et eoꝝ cõstructione.

Comparatiuũ est: qđ cum intellectu positiui/ vel cum aliquo participe sensu sui positiui magis aduerbiũ signat. vt doctus: magis doctus. ⁊ non mõ ꝑ magis resoluitur ꝯparatiuũ: sed ꝑ plꝰ/ et valdius/ ⁊ alia huiõi aduerbia: teste ingeniosissimo Valla.

Cõparatio est rei ad rem assimilatio. Gradus comparationis sunt tres: positiuus/ comparatiuus/ ⁊ suꝑlatiuus. Positiuus est omne adiectiuũ: cuius qualitas/ aut q̃ntitas potest recipere plus/ et minus/ ceterasqz partes orationis. A qbꝰ ꝯparatiua/ ⁊ suꝑlatiua formãt: positiua sũt appellatõis.

Formantur comparatiua ab adiectiuis significantibus accidens: quod augeri/ et minui potest: vt clarus clarior. Que/ si secunde sũt declinationis: accipiunt or/ ⁊ us

in gtõ: et reddunt compatiua (vt pulcer pulcri crior, et cri⁹) Si tertie: a dtõ: vt felici felicior, felicius: amãti amãtior, aman-
Bonus tamen facit melior. et malus peior. paruus (seu ❡ tius. parum (vt Valla placet) minor. magnus maior. iuuenis iunior. magnificus magnificentior. munificus munificentior. multus plus. sinister sinisterior. dexter dexterior. potis potior. nequam nequior.
Debent equidem cõparatiua superare suos positiuos. et ideo nullum adiectiuum in us terminatum: qd vocalem habet añ us: potest recte comparatiuum formare: vt pius, arduus, idoneus, et similia. Nam, si piior diceremus: secundum i consonum esset. et comparatiuũ par positiuo: et sic in ceteris huiusmodi.
Tenuior tamen dicimus: et Egregior lectum est. Virgilius in georgicis. Pectunt tenuia seres. Iuuenalis. Egregius cenat. Inuenies et multa alia: tamen non tibi dicenda.
Ocior comparatiuum est absq; positiuo latino: et habet superlatiuum ocissimus.
Illa etiam: quorum accidens neq; augeri, neq; minui potest: comparatium non habent: vt luscus, omnipotens, vnic⁹, singul⁹.
Preterea a participijs in dus (vt amandus, colendus, reuertendus) nec comparatiua, nec superlatiua inueniuntur: q̄q̄ sint in trito scribarum vsu.
A verbo vno detero fit comparatiuum deterior. sunt: quia deter antiqua prepositione deductum velint.
A participijs ita formantur cõparatiua: vt ab adiectiuis. sed participia ipa noia efficiuntur: vt amãs amãtior, doctus doctior.
A ꝓpositionib⁹ veniũt: vt ab extra exterior. citra citerior. itra iterior, vltra vlterior, infra inferior, supra superior, post posterior, prope ꝓpior, ante anterior.
Ab aduerbijs: vt a pridem prior, diu diutius, sepe sepius.
Ad bonam comparationem quinq; requiruntur: videlicet res cõparata, res cui comparetur, accidens, et q̄ vterq; termin⁹ de accidente participet, et q̄ alter magis participet: vel participare intelligatur: vt Lelius est sapientior Fannio. Sed quando accidens non participat de vtraq; re (vt nix ē albior, vel magis alba coruo) tunc est abusio in comparatione: nõ in ꝯpatiõ.
Abusio igitur fit in comparatiuo tribus tantũmodo modis: constructione, formatione, et significatione. Constructione: quando partitiue ponitur: et non construitur more comparatiui: vt Maior est horum charitas. Formatione: cum substantiua, vel

propria nomina comparantur: vt Neronior, penior, ꝛ ipsior. Significatione: cum significat: quantum positiuus (vt senior ꝓ senex. vt tristior: id est parum tristis) aut quando contrarium significat: vt dulcior .i. minus amarus.

Comparatio fieri potest per positiuū, ꝛ per aduerbia comparandi tam, et ꝙ: vt sum tam doctus q̄ꝫ tu. Fit etiam per ꝙ, et comparatiua: vt sum doctior: ꝙ ditior. Fit nonnunꝙ per verba accidentalia, ꝛ aduerbia comparandi: vt tam placet mihi Cicero: q̄ꝫ Virgilius. et plus/vel magis placet mihi Cicero: q̄ꝫ Salustius.

Comparatiuum autem quando formari non potest: fit per magis/ plus, ꝛ valde, ꝛ minus, et similibus: vt sum magis strenuꝰ: vel q̄ꝫ tu. et tu es minus idoneus me: vel q̄ꝫ ego.

Cōstruitur comparatiuus cū ablatiuo, vel cum nominatiuo cū q̄ꝫ: verbo subintellecto. vt sum ditior Creso: vel q̄ꝫ Cresus (subintellige sit) vel aliquando cum ꝓpositione, ꝛ accusatiuo. vt Pigmaleon fuit immanior: ante omnes alios. Dices tamen. video Lucanum: quo sum iunior: non q̄ꝫ qui. nam inter relatiuū, et antecedens caderet medium: qđ non licet fieri. Item dices. neminē tu es fortior: non q̄ꝫ nemo. negatio enim debet ꝓcedere.

Possunt etiam comparatiua, et sup̄latiua vltra propriam cōstructionem casus habere positiuorum. vt sum charior pontifici ceteris sacerdotibus. et sum charissimus pontifici omniū sacerdotum. et sum auidior litterarum illis: vel q̄ꝫ illi. et sum auidissimus litterarum illarū. sum ornatior te moribus. et sum ornatissimus omnium moribus. habeo plus, seu minus frumenti: q̄ꝫ agricole, vel agricolis. habeo plurimū/seu minimū frumenti agricolarum. Sicut dicimus. habeo multum, seu parū frumenti: habeo plus argenti/q̄ꝫ auri: ꝛ habeo minus olei/q̄ꝫ vini.

De superlatiuis/ et eoꝝ cōstructione.

Superlatiuum nomen est: qđ ad plures sui generis comparatur: et supponitur ceteris (vt Maro est poetarum pulcerrimꝰ) ꝛ ponitur duobus modis: scꝫ respectiue/et absolute. Respectiue: qñ habet determinationem (vt Hercules fuit fortissimus hominū) et tunc resoluitur per valde/vel multo, ꝛ comparatiuū: vel melius ꝑ validissime, vel maxime, et comparatiuum. nā quid absurdius (inquit Valla) q̄ꝫ: cum resoluamus comparatiuum per comparatiuum: resoluere superlatiuū per positiuū? Absolute:

quando o nos recipit casum: et resoluitur in valde/ vel maxime/ et positiuum: vt tu es doctissimus .i. valde doctus.

Formantur superlatiua a genitiuis adiectiuorum secunde declinationis addita s/ et simus (vt doctus docti/ doctissimus) et a genitiuis adiectiuorum tertie declinationis addita syllaba simus: vt fortis/fortissimus.

Bonus tamen optimus facit/ malus pessimus/ magnus maximus/ paruus minimus/ multus plurimus/ munificus munificentissimus/ magnificus magnificentissimus. vetus seu veter veterrimus. maturus/ seu matur maturissimus et maturrimus. Nonnulli positiui carent superlatiuis: vt memor/ senex/ iuuenis/ adolescens. nequam nequissimus habet. detero deterrimus. In lis quoque finiuntur: vt agilis agillimus/ facilis facillimus/ gracilis gracillimus/ humilis humillimus/ similis simillimus.

Si vero positiuus in er syllabam terminatur: format superlatiuum a nominatiuo addita rimus: vt pulcer pulcerrimus/ niger nigerrimus. preter dexter dextimus/ sinister sinistimus. Aduerbia/ et prepositiones/ que comparantur: habent superlatiua: vt diu diutissime/ sepe sepissime/ pridem primus/ nuper nuperrime. et a pene penissime/ et a penitus penitissime dixit Plautus. Citra prepositio citimus facit. supra supremus et summus. vltra vltimus/ intra intimus/ infra infimus/ prope proximus. sed proximus/ quando coniunctim significat: est positiuus: habetque comparatiuum proximior: et caret superlatiuo.

Construitur superlatiuum cum genitiuo plurali omnium casualium dictionum/ vel cum genitiuo singulari nominis collectiui: vt Cato fuit sapientissimus rhomanorum/ vel populi rhomani.

Et aduertendum est: quod superlatiuum reddet naturam partitionis: in qua semper pars a toto diuiditur: et pars reget totum: estque de essentia totius: et esse debet eiusdem speciei. vnde non est bona superlatio: Homo est fortissimus leonum: quamquam sit bona grammatica.

De aduerbiis localibus et eorum constructione.

Ubi. Aduerbia significantia statum in loco: hec sunt Hic/ illic/ istic/ vbi/ sicubi/ necubi/ alicubi/ vbique/ vbicunque/ ibi et ibidem/ alibi. ibique/ inibi/ intus/ foris.

Quo. significantia motum ad locum: Huc/ illuc/ istuc/ quo/ siquo/

nequo/ quoquo/ quonam/ aliquo/ alio/ quocunq̃/ eo/ eodem/ intro/ foras.

Qua. Per locum: Hac/ illac/ istac/ qua/ siqua/ nequa/ aliqua/ quaq̃/ quacunq̃/ quanam/ ea/ eadem/ illa/ alia intus/ foris.

Unde. De loco: Hinc/ illinc/ istinc/ vnde/ sicunde/ necũde/ alicunde/ vndecunde/ vndiq̃/ vndecũq̃/ inde/ intus/ foris.

Quorsum. Versus locum: Quorsum/ istrorsum/ illorsum/ siquorsũ/ nequorsum/ aliquorsum/ aliorsum/ antrorsum/ retrorsum/ dextrorsum/ sinistrorsum/ sursum/ et deorsum.

Quousq̃. Significantia vsq̃ ad locum componuntur ab illis: que ad locum significant: vt hucusq̃/ illucusq̃/ istucusq̃.

Interrogatiua aduerbia sunt sex vbi/ quo/ qua/ vnde/ quorsum/ et quousq̃.

Nomina vrbium prime/ et secunde declinationis: quando iunguntur verbis/ aut participiis significantibus statum: ponuntur in genitiuo: vt Fui rhome. si vero sint tertie declinationis/ vel pluraliter declinata: ponuntur in ablatiuo: vt fui Sulmone. et studui venetiis. Quando iunguntur significantibus motum ad locum: in accusatiuo (vt eo rhomã) Quando per locum/ vel de loco: in ablatiuo ponuntur: et semꝑ absq̃ prepositione. et sic veniunt in constructione ista quattuor nomina: domus/ humus/ rus/ et militia: quanq̃ etiam dicamus. fui ruri. perpẽdi casum aduerbialiter positum.

Nomina vero prouintiarum/ et appellatiua locorum/ et fluminũ/ et montium: si iungantur verbis statum significantibus: in ablatiuo cum prepositione in poni debent: vt Fui in foro. si motũ ad locum: in accusatiuo cum prepositione ad/ vel in: vt eo in ecclesiam/ et ad templum (dices tamen: Peto siceliam: sicut peto vineam: peto rhomam: peto affricam. nam peto ꝓpositionẽ non recipit) si per locum: in accusatiuo mediante per: vt transeo ꝑ forũ: si de loco: in ablatiuo cum prepositione de/ vel a/ vel ab/ vel abs/ vel e/ vel ex: vt venio ex agro/ a vinea/ de foro.

Omnia quidem nomina: que cum versus iunguntur: siue sint vrbium/ siue appellatiua locorum: semper ponuntur in accusatiuo cum prepositione versus postposita: vt eo rhomam versꝰ. Si vsq̃ ad locum: in accusatiuo cum prepositione vsq̃: si sint propria ciuitatum/ vel illa quattuor: domus/ humus/ rus/ et militia (vt vado vsq̃ rhomam) cetera vero in accusatiuo cum vsq̃ et ad prepositione ponuntur: vt iui vsq̃ ad hortos. Usq̃ tempus etiam notat: vt quousq̃ perseuerabis in tua nequitia? vsq̃ ad mortem.

Disce tamen: q̄/ quando nominibus vrbium prepositionem non addimus: loquimur tanq̄ per aduerbia. Si vero addim⁹ (qd licet) p nomina loquimur: vt Venio ex rhoma: Eo in militiam. Terentius. In militiam proficisci gnatum. Huius rei mille exempla inuenies.

De figuris constructionis.

Figura est vicium ratione excusatum: ꝛ ascribitur elegantie. Figurarum alie sunt locutōnis/ alie dictionis/ alie constructōis. Figure re constructionis (nam alias pretеribo) sunt octo: euocatio: appositio: cōceptio/ siue silepsis: prolepsis: zeugma: sinthesis: antiptosis: ꝛ sinecdoche. Reliquas aūt in expositōe poetarum doceberis.

Euocatio est immediata reductio tertie persone ad primam/ vel ad secundam: vt ego Quintilian⁹ declamo: tu Cicero oras. In euocatōne quattuor requiruntur: persona euocans: persona euocata/ remotio copule/ ꝛ verbum concordans cum persona euocante.

Appositio est continua coniunctio duorū substantiuorum: quorum alterum declarat alterū. vt Miratur molem Eneas: magalia quondā. et Proxim⁹ ille procax: troiane gloria gentis. Reqrūtur aūt in appositione duo: substantiua in eodem casu/ ꝛ q̄ magis cōmune fere semp precedat. nā licet dicere: Hector vir fortis. et equus animal velox. Fit aūt appositio tribus modis: primo causa restringende generalitatis (vt animal canis latrat) secundo remouende equiuocatōis (vt Leo signum ardet) tertio causa attribuende ꝓprietatis: vt Virgilius vir summus.

Conceptio/ seu silepsis est adductio īdignioris ad dignius. Fit autem tribus modis: genere/ numero/ et persona. Genere: vt masculinum concipiat femininū/ ꝛ neutrum: femininū concipiat neutrū: vt Vlyxes/ ꝛ Penolope sunt laudati: ꝛ vestis/ ꝛ aurū sunt preciose. Numero: vt pluralis cōcipiat singularem: vt discipuli/ ꝛ preceptor legunt. Persona: vt prima concipiat secundā. et tertiam: scđa tertiam: vt ego/ et tu legimus: ego /et ille legimus: tu/ et ille scribitis.

Potest etiam fieri conceptio per hanc prepositionem cū: positam loco copulatiue coniunctionis. nam idem est dicere: discipuli,

et preceptor legunt: ꝙ si dixeris: discipuli cum ꝑceptore legũt. tu mecum currimus .i. tu/ et ego. Nyphy. us/ et Pelias me= cũ: id est ego. sed est indirecta: dignior enim ꝑsona concipitur.

Requiruntur in conceptione quinq;: dictio concipiens: dictio cõ= cepta: copulatiua coniunctio/ vel prepositio cum: verbum/ vel adiectiuum pluralis numeri: ꝛ quod concordat cũ persona con cipiente. nam si aliter inueniatur: non est figurata locutio.

Conceptio duplex est: directa/ et indirecta. directa est: quando fit ꝑ dissimiles numeros/ ꝑsonas dissimiles/ et genera dissimilia. indirecta est: quando fit ꝑ pares personas/ paria genera/ ꝛ pa res numeros: vt Virgilius/ et Horatius canunt: aurum/ ꝛ ar/ gentum sunt preciosa: viri/ et femina currunt.

Prolepsis est attributio proprietatis toti diuiso in partes suas: vt puelle legũt flores: ista violas: illa vac cinia. Requiruntur quidem in prolepsi quinq;: totum/ partes/ distributio partium/ proprietas/ et ordo.

Est autem duplex: explicita/ et implicita. explicita est: in qua con currunt omnia: que requiruntur ad eam. implicita est: que nõ oĩno exprimitur: vt vos amatis: alter alterũ. Salusti⁹. Cepere se quisq; magis extollere.

Zeugma est reductio vnius verbi ad di= uersas clausulas: vt ego lego: ꝛ tu. Requiruntur in zeugmate tria: videlicet duo/ vel plura diuersa substantiua copulata: ꝓ= prietas (hoc est verbũ) et ꝙ ꝯcordet cũ vno illoꝝ substãtiuoꝝ.

Fit autẽ ꝑzeugma variatio ꝑsonarũ intransitiue (vt ego lego: ꝛ tu) numeroꝝ (vt isti legunt: et Socrates) personarũ/ ꝛ numeroꝝ: vt Hebrei sunt: et ego.

Triplex est zeugma: videl; a superiori (hoc est quando ꝓprietas/ seu verbũ ꝓponitur: vt lego ego: et tu) a medio (qñ ꝟbũ in me dio ponitur: vt ego lego: ꝛ tu) ab inferiori: quando verbũ post ponitur: vt ego/ et tu: lego. et hic illius arma: hic curr⁹ fuit.

Synthesis ē attributiō proprietatis vni/ vel pluribus copulatiue: quod non fit gratia vocis: sed significa ti: vt populus clamant. et pars in frusta secant. et preneste sb ipsa.

Requiruntur in synthesi tria: vnũ/ vel plura copulata: proprietas/ et attributio proprietatis: concordans cum significato/ et non

voce: vt rosa flos pulcer: et lepus grauida. Fit quidem synthe sis in genere / ꝛ in numero: vt turba proterui. Pars veniem⁹ scythiam.

Sinecdoche est attributio partis ad aliquid totum sub proprietate verbi / vel adiectiui: vt Nympha nuda genu: et tu doles pedem. Requiruntur aũt i sinecdoche tria: videlꝫ totum / proprietas / ꝛ pars in accusatiuo posita. Inde recta synecdoche fit: quando pars non est de essentia totius: vt apud virgiliũ. Profusus sanie vittas / atroq; veneno. Est alia sinecdoche locutionis: quam Cicero itellectionem appellat: vt Hostis habet muros: pro hostes. ponitur enim pars ꝓ toto.

Antiptosis est casus pro casu positio sub aliqua proprietate: vt Populo vt placerent: quas fecisset fabulas. fabulas ꝓ fabule posuit. In hac quidem tria requiruntur: vnũ subiectũ / vna ꝓprietas / et ꝙ casus pro casu ponatur.

De definitione constructionis / et ipsius varietate.

Constructio est congrua dictionum ordinatio: congruam / ꝑfectãq; sententiam demonstrans. Constructionum alia est congrua sẽsu / vocecq; (vt Virgilius scripsit bucolica) alia sensu: non tamen voce (vt populus currunt) alia est congrua voce: et nõ sẽsu: vt Cerule sunt longa vrbs.

Preterea constructitonũ alia est transitiua / alia intransitiua. Trãsitiua est: in qua actus / vel passio principalis verbi ostenditur transire / vel inferri ab vna persona in aliam. vt Sulpitius amat Galatheam: et Galatea amatur a Sulpitio.

Intransitiua ẽ: i q̃ nec act⁹ / nec passio verbi pĩcipalis ostẽditur transire / nec inferri ab vna in alterã ꝑsonã: nec eadem ꝑsona ostẽditur agere / ꝛ pati. vt deus est subiustus.

Transitiuarum alia reciproca / alia retransitiua. reciproca est: in q̃ eadem ꝑsona significat agere / ꝛ pati ꝑ verbum principale (vt ego diligo me: tu diligis te) Retransitiua ẽ: qua ostẽditur fieri duplex transitio: vt hera rogat te: vt ameo se.

Nominatiui cum verbis inter se construuntur intransitiue.

Obliqui vero construuntur cum verbis / et nominatiuis trãsitiue. sed obliqui supponentes verbis impsonalibus construuntur cũ eis transitiue.

Nominatiuus: et vocatiuus: vt ait Priscianus: sunt absoluti (id est: p vnam psonam intransitiue possunt proferri) vt ego Priscian⁹ ambulo. tu Plato philosopharis. Aristoteles disputat. Et si substantiuis verbis/ vel vocatiuis prime/ et secunde psone iunguntur: non egent pronominibus: quippe essentiam sui/ vel nominationem significant: vt homo sum: Cicero nominor. Sin aliis socientur verbis: tūc necessario adiunguntur pronominibus. vt ipsius essentie presentis demonstratione transeāt a tertia persona ad primā/ vel secundam ex connexione pronominū: vt ego Priscianus scribo. tu Appolloni⁹ scribis. Et sciendum: q̄ vocatiuus non eget pronomine: quippe cū secundū vocem suā finiat personam: vt Appolloni legis/ vel lege. Terenti scribis/ vel scribe. Hec Priscianus de nominatiuo/ et vocatiuo commemorat.

De nominum constructione.

Et qm̄ nominatiuus/ et vocatiuus obliquos: et obliqui alios inter se inuicem attrahunt: colligam (quoad potero) brebius eorum constructionem. et primum: que nomina genitiuos asciscant: aperiam.

De constructione genititiui.

Casus omnes genitiuo iunguntur: quando possessio aliq̄/ vel possessor significatur: ita vt possessio in genitiuo ponatur: vt Hector filius priami. Et iterū casus possessoris regit genitiuum: cū significat laudē/ vel dedecus/ vel accidens. laudem: vt vir egregie virtutis. dedec⁹: vt vir magne crudelitatis. accidens: vt cygnus albi coloris. Sed huiusmodi etiam ablatiuo iungūtur: vt vir magna virtute: qd̄ infra docebimus.

Partitiua/ distributiua/ suplatiua/ noīa numeralia/ et ordīalia grō plī/ vel singulari nominis collectiui iunguntur: vt alius istorū/ et alius populi. et sum doctissimus ciuiū/ vel istius populi. et sum vnus illorum. et sum primus discipulorum.

Uerbalia quoq; in or/ et in trix: vt amator virtutis/ et amatrix deliciarum. et omnia habentia vim similem istis: vt expers virtutis/ et dubius huius rei.

Sic et participiis similia in ns desinentia/ et in us preteriti: vt amans bibentis/ doctus grammatice/ peritus artis.

Et gerundia: que a verbis genitiuū regentibus veniunt: vt egendi diuitiarum. et eorum vim habentia: vt Profususq; sui.

Similiter anceps/ dubius/ nescius/ ignarus.

Comparatiua quoqꝫ excessum significantia, et partitiue posita: vt maior illorum, et minor istorum.

Et illa: que demonstrant aliquid obtineri: vt diues opum, copiosus rerum, opulentus, capax, plenus.

Et: que aliquid deesse significant: vt pauper, egenus, indigenus, inops, vacuus.

Et: que significant aliquid desiderari, ⁊ subtrahi: vt auarus eris, cupidus, ambitiosus, auidus, studiosus, fur, rapax, predo. sic securus sui, parcus tritici, tenax nummorum.

Nomina etiam: que determinatam mensuram rei, vel indeterminatam significant: vt ciathus vini, cadus olei.

Item neutra elegantissime genitiuo iunguntur: vt habeo multum librorum (id est multos libros) et id negocij, hoc rei, istud mali, quid boni.

Et illa: que notant accusationem, seu damnationem: vt reus voti, et furti: criminatus adulterij, accusatus, dānatus, conuictus.

Ea etiam: que post rei precium habent: vt emi librum decem aureorum: genitiuus ille a nomine non a verbo regitur.

Similiter omnia nomina ad aliquid dicta eandem constructionem seruant: hec etenim possidentur: ⁊ possident: vt seruus domini, ⁊ pater filiorum.

Et nomina, que significant preeminentiam: hunc casum accipiūt: vt rex regum, dux exercitus, princeps populi, prefectus arcis, pontifex christianorum, causa mortis, caput salutis, origo, fundamentum.

Item: que notant subiectionem, ⁊ coniunctionē, ⁊ gratiam: vt seruus Symonis, discipulus, amicus istius, frater, socius, comes, collega, riualis. sic et oriundus patrie.

Similis tui, dissimilis tui. dicimus etiam: sum similis tibi. sed differunt: nam sum similis tibi in forma: similis tui in moribus intelligitur.

Instar nomen indeclinabile genitiuo iungitur. Uirgilius. Instar montis equum. pleriqꝫ veterum ad instar dixerunt. Hec quidē omnia, ⁊ plura vim habent possessiuā (hoc est: ꝙ aut possidēt: aut possidentur) ⁊ ideo genitiuo iunguntur.

De constructione datiui.

Datiuo connectitur rectis, ⁊ vtris, ⁊ obliqui possessorem, vel possessionem significantes: cōmunicante verbo substantiuo, vel eius participio: vt Maro fuit pater Uirgilio: ⁊ Tullius extitit filius Tullio.

Sic etiā construūtur illa omnia: ꝗ sunt ad aliqd

dicta: vt illa: que prelationem significant: vt Scipio est dux exercitui / et dominus huic populo.

Item que subiectionem / et coniunctionem significant: vt tu es seruus illi.

Et: que aliquid boni / mali ve nobis acquirunt: vt vtilis tibi / et inutilis / dānosus / periculosus / aptus / idoneus / facilis / difficilis / questuosus / calamitosus / infelix tibi / prosper / dexter / sinister / fidus illi / et ad illum fidissimus: quod etiam genitiuo iungitur. Virgilius in xii. Preterea regina tui fidissima dextra.

Dicimus etiam: Hec res est mihi cordi / lucro / dāno / odio / tedio.

Et verbalia in bilis / et in dus participia futuri temporis huic iūgūtur casui: vt admirabilis illi / amabilis / dicēdus / amādus / orandus.

Ea quoque: que ad gratiā / vel ad odiū alicuius spectāt: vel que esse significant ad aliquid: vt pater / et maritus / cliens / patronus / amicus / inimicus / comes / socius / hostis / affinis / cognatus / vicinus / propinquus / contubernalis / par / impar / equus / iniquus / similis / dissimilis.

De constructione accusatiui.

Accusatiuo nomina non iunguntur nisi figurate: vt nuda genu: id est: habens nudum genu. et Sinus collecta fluentes. id est: habens collectos sinus fluētes: per sinecdochen figurā cōstructōis.

Nomina tamen: que pro participiis ponuntur: hunc casum habere comperiuntur: vt gnarus causas / et prescius futura.

Osus / exosus / et perosus accusatiuo etiam iunguntur: vt osus bella. hec quidem nomina esse dicendū est: quanquam aliqui / et maxime Focas participia sine verbis esse velit.

Huic casui iunguntur participia / et gerundia verborū: que postulant accusatiuū: vt amans virtutem / legendo lectionē.

Adherent etiam huic casui nomina numeralia ex vi accusatiue prepositionis: vt sum rudis ad pugnam.

De constststructione ablatiui.

Ablatiuo iunguntur nomina: quando per eum euenire illis aliquid demonstratur: vt acutus oculis: id est per oculos. validus viribus. diues auro.

Et quando aliquid haberi / vel consequi / vel adesse demonstratur: vt vir magna virtute.

Illa quoque / que vim passiuam hūt: huic casui coniūguntur: vt lassus labore / fessus cursu / viduus / dignus / indignus (quanquam hec ex autoritate / sicut nonnulla alia gtō iūgantur. Virgilius in duodecimo. Descendam magnorū haud vnquam indignus auorum)

captus/ vacuus/ plenus/ ornatus/ preditus/ contentus/ imbutus/ piger pedibus/ & tardus ingenio.
Ablatiuo quoq; comparatiua iunguntur: vt sũ fortior Hercule.
Sic & participia/ et gerũdia: que veniũt a verbis ablatiuũ sine ꝓpositione regentibus: vt ornans te virtute/ spolians te veste/ gaudens cõmodo tuo.
Que autem huic casui ex vi prepositionis iungũtur: tu per te satis discere poteris. et quibus seruiant casibus prepositiones: apũ Donatum iam didicisti. Disce tamen tenus: non modo ablatiuo: sed etiam genitiuo plurali sepe reperiri coniunctim. Virgilius in georgicis. Et crurumtenus a mento palearia pendent. Sed tunc aduerbium esse Seruio placet.

De aduerbiorũ et īteriectõnũ ꝯstructõe.

Aduerbia quedam/ & interiectiones post se aliquando casus accipiunt: vt pridie/ et postridie: que more ꝓpositionis accusatiuo seruiũt. Cicero in primo inuectiuarum. Pridie kalendas Januarias. Liuius li. sexto. Postridie idus. Dicimus etiam (vt dicit Valla) pridie illius diei/ et pridie nonarum decembrium. Postridie autem significat postremo die. non post tres dies: vt dicunt ignari. Aduerbia cõpatiua/ & superlatiua/ que a ꝓpositionibus veniunt: vltra comparatiui/ & superlatiui ꝯstructionẽ: seruiunt accõ. Cicero ad Octauium. Castra ꝓpius vrbẽ mouentur. Salustius in Jugurta. Proxime hispaniã mauri sũt.
Propius etiam datiuo iungitur. Virgilius. Propius stabulis ar[menta tenerent.]
En siue indicet: siue exprobret: ntõ/ et accusa[tiuo iungitur]. Quintilianus. En probitas. Juuenalis. En habitum. Virgilius. En quattuor aras.
Ecce nominatiuo iungi reperitur. Virgilius in vi. Deus ecce de⁹. Accusatiuo antẽ iuncto nõ legitur (teste Valla) sed aliquando (vt idem monet) inuenies apud Plautum: vt in bacchidibus. Ecce me.
Hei datiuo adheret. Virgilius. Hei mihi: qualis erat.
Heu accusatiuo. Virgilius. Heu stirpem inuisã. Jnueniuntur tamen Heu/ et hei vtõ ꝯiũgi. Virgilius. Heu pietas. Hei mise[ro].
Ve datiuo. Marcialis. Car[pere causidicus fertur: mea carmina qui sit. Nescio si sciero: ve tibi causidice.] Ve ca fides. Terentius. Hei miseria.
Proh/ et hem accõ. Heus/ vah/ et ah/ et hoe vocãt ꝰusmodo.
O autem ntõ/ vtõ/ et accusatiuo. Cicero. O nox illa. Virgilius. O regina nouam. Jdem in georgicis. O fortunatos nimiũ/ sua si bona norint: Agricolas. Vale lector.

Quisquis scire voles verbis connectere verba:
Sulpitii discas hoc epitoma tui.
Ante tamen videas veteris precepta libelli:
Hic cuius lambit gramina summa nouus.

Omnia verba personalia nominatiuũ vel vocatiuũ ante se postulant. Imperatiuis tamen et quibusdam aliis exceptis: vt ego lego: tu legis: ille legit. Semper autem intelligi debet nominatiuus ante verba finita: licet non exprimatur: vt lego: sub. ego. Iubeo: vt verbi sensum inuenias: et vt numeri/ et persona/ genera/ et casus conueniant.

Omnia actiua accusatiuũ patientem post se requirunt: preter iter dico: qd fugit. sed ex his alia solo accusatiuo contenta sunt: vt amo virtutẽ: sic ↄstruit neutrũ aro/ et solor deponens/ et cõmunia verba: quando significant actionem: vt aro noualia/ solor afflictos/ et osculor filium. Alia vltra accusatiuũ volunt datiuum: vt do libellum tibi. Quedam vero alium accusatiuum: vt doceo te grammaticam. Alia ablatiuũ: vt munero te veste. Pleraqꝫ genitiuũ/ vel ablatiuũ: vt impleo vas vini/ et vino. Quedam ablatiuum cum prepositione: vt audio lectionem ab illo.

Passiua volunt nominatiuum patientem/ et post se ablatiuum cum prepositione agentem: et vltra illum assumere pñt alios suorum actiuorum casus: vt a me doceris tu grammaticam. Sic construitur vapulo: vt discipulus vapulat a preceptore. Sic et cõmunia in passiua significatione: vt tu oscularis a me. Sic et orior: vt ortus sum ex nobili genere.

Ex neutris quedam postulant ablatiuum agentem: vt careo matre. cum eodem (sed patiente) casu construitur vtor: vt vtor pane. Multa datiuum volunt: vt seruio tibi. sic construces auxilior: vt auxilior inopi. Aliqua volunt casum sine prepositione (vt sunt similium copulatiua) vt eo forum: et eo rectus. sic etiam cõstruitur gradior. Alia volunt ablatiuũ agentem/ vel accusatiuum cum prepositione ob/ vel propter: vt gaudeo diuitiis/ vel ob diuitias. sic construitur letor deponẽs: vt letor pecunia/ vel propter pecuniam.

Impersonalia passiue vocis ante se ablatiuum agentem cum ꝑpositione requirunt (vt a me legitur) post se raro huiusmodi casꝰ accipiunt: vt a me seruitur tibi. et a me itur in antiquã siluam.

Actiue vocis impꝯsonalia ante se infinitiuũ postulant: post se vero aliqua genitiuum/ vel ablatiuum quiqꝫ pronominũ: vt Sulpitiũ/ vel mea interest studere. Aliqua datiuũ: vt scribere placet mihi. Aliqua accusatiuum: vt vigilare decet me. Quedã

vero accusatiuum cum prepositione: vt ad legere pertinet ad me. Alia ante se genitiuum/ vel infinitiuum/ et post se accusatiuū: vt legere/ seu lectionis penitet me. Alia ante se ablatiuum cū prepositione/ et post se datiuum: vt a me benefit tibi.

Incipit/ cum sodalibus suis vltra illorum/ cum quibus iungitur: verborū constructionem: eorum vim suscipit: vt incipio amare te/ incipio amari abs te/ et me incipit tedere studii.

Infinita volunt ante se accusatiuū/ et post se casus suorum verborum: vt me amari a te placet mihi.

Gerundia/ et supina/ et participia nolunt ante se casum: sed post se suorum verborum casus requirunt: vt amandi illum/ et amandus ab illo.

Cōparatiua post se volunt ablatiuū/ vel nominatiuum cum quam: vt sum fortior te/ vel quam tu.

Superlatiua/ partitiua/ distributiua volunt post se gtīn pluralem/ vel singularē nois collectiui: vt Cato fuit sapiētissim⁹ rhomanorum/ vel populi rhomani. Sed partitiua/ et distributiua accipiunt etiam prepositionē ex/ et inter: vt ex his/ vel inter hos vnus est impudicus.

Superlatiua/ et comparatiua assumūt post se casus suorum positiuorum: vt hic vrceus est plenior isto/ et ego sum charissim⁹ omnium pontifici.

Interrogatiuis sic respondetur. quis es tu? sum Iulius. qualis es? sum rudis. quantus es? paruus. quot ficus edisti? decem. quotennis es? septennis. quotus es ī tua classe? secundus. quotuplicem vestem? duplicem. quotuplum frumentū reddit agellus tuus? decuplum. cuias es tu? italus/ vel arpinas. cuiū est hoc calamum? meū/ vel illius/ vel virgilianū. quotenus canit chorus? quaternus. vbi fuisti? illic. quo pergis? illuc. qua transiuisti? eadem: qua tu. vnde venis? illinc. quousqꝫ is? illucusqꝫ. quorsum meas? dextrorsum.

Aduerbia localia vel statum/ vel quemcūqꝫ motum significantia: iunguntur verbis vel statum/ vel similem motum significantibus: vt fui illic. Et/ si dicamus de motu ad locum: iui illuc. si per locum: transeo hac. si de loco: venio illinc. si versus locum: eo sursum.

Nomina vero vrbium cuiuscūqꝫ declinationis/ et numeri: et illa quattuor domus/ humus/ rus/ et militia: et reliqua qualiacunqꝫ ad imaginem horum exemplorum discernūtur. Fui rome/ ferentini/ frusinone/ verulis (diceqꝫ) rure/ vel ruri.
Iui rhomam/ ferentinum/ frusionem/ verulas.
Trāsiui rhoma/ ferentino/ frusione/ verulis.

Discedo rhoma/ ferentino/ frusilone/ verulis.
Fui in templo/ in auentino/ in campania.
Iui ad templo/ in auentinū/ in campaniam.
Transiui per templum/ per auentinū/ p campaniā.
Discedo ex templo/ ex auentino/ ex campania.
Uale lector: et dilige me.

Sulpitii verulani de versuum pedibus/ de scansione/ ꝛ de syllabarum quantitate precepta ad Cipria- num homagium Foroliuiensis episcopi fratrem: lege feliciter.

Castalios latices/ et amena vireta sororum
Si peragrare cupis: iam tibi pando fores:
Me duce mellifluo modolabere carmina cantu:
Et nectes daphne mi Cypriane comam.

Carmen exametrum heroicum duobus legittime confi citur pedibus: dactilo/ ꝛ spondeo. Dactilus ex tribus syl labis constat: prima longa/ et duabus breuibus: vt car mina. Spondeus ex duabus syllabis longis: vt cantāt. Huius aliqui loci sunt proprij/ aliqui communes. quintus dactilo: sextus spondeo proprius: priores vero communes. Ponitur tamē spondeus interdum in quinto pro dactilo. Persius. Sic costā longo subducimus apenino. quod quidem fit temporū ra tione. Omnis enim syllaba breuis vnius est tēporis: longa du orum. sunt itaq3 dactilus/ ꝛ spondeus in temporibus pares. Si qui alij pedes in eo aliquando carmine reperiantur: fit ex licen tia poetarum.

Pentametrum elegiacum constat ex duobus primis pedibꝰ dac- tilicis/ vel spondaicis/ vel alternis. ꝛ pentimemeri longa siue natura/ siue positione: que iuncta cum vltima eius: syllaba spō deum faciat. Postremis duobus dactilicis ꝛ pentimemeri q̄n tacunq3. Nam (vt inquit Quintilianus) vltima syllaba indiffe rens est. et Cicero in bruto. Postrema syllaba breuis/ an lon ga sit: ne in versu quidem refert.

Ut facile igitur carmina p pedes diuide possis: nō te late at: q quando i/ vel v iunctum in principio syllabe alijs vocalibus/ vel sibiipsi vnam efficit syllabam: est conso- num: vt Janus/ vates/ Juno/ vinum/ vultus/ maij. J

autem consonum inter duas vocales positū: vim habet duplicis consonantis: vt maia/ troia. tale etiam remanet in casibus deductis per cesuram recti/ vel genitiui: vt Caius/ et Pompeius in vocandi casu: preterq̄ i et datiui p̄nominis: in quo vocale est ad differentiam hei interiectionis. sic et inienuio: in q̄ etiam vocale inuenitur. et pro simplici consonante positum in compositis: vt in reijce/ reiectus/ ⁊ similibus: Prisciano autore. Nonnūq̄ ambe he consonantes dissoluuntur a poetis per dierisim in vocales. Uirgilius. Arma virum tabuleq; ⁊ troia gaza per vndas. troia trisyllabum protulit. Ouidius. Accipe Pompei deductum carmen ab illo. Pompei trisyllabū fecit. Ioē. Ce q̄q; nunc saluo: p̄soluenda mihi. p̄soluē da pētasyllabū est. Nonnūq̄; ex duabus syllabis vnam faciunt per sinerisim. Uirgilius in sexto eneidos. Ferreiq; eumenidum thalami/ ⁊ discordia demens. pro ferri.

Subtrahitur fere vna vocalium in scansione huiusmodi dictionū: dij/ dijs/ ij/ ijs/ ee: que cum suapte natura bisyllaba sint: monosyllaba p̄nunciantur: vt apud Uirgilium. Dijq;/ deeq; omnes studiū quibus arua tueri. Sic ⁊ ijdem: vt Iidem venturos tollemus in astra penates. Id quoq; fit in deinde/ ⁊ proinde. Uirgili. Experiar. tu deinde iubeto vt: certet Amyntas. Proinde tona eloquio solitum tibi meq; timoris.

Uoces quoq; sum es est a vocali incipientes cum de prepositione composite patiuntur. idem. n. Lucanus. Non deest prolato ieiunus venditor auro.

Dehinc/ ⁊ deinceps cesuram similem subeāt. Iuuenalis. Dehinc clamore pari concurritur/ ⁊ vice teli. Oratius. Redde age: que deinceps risisti/ vibiduus dum.

U post q/ et g vocali sequente euanescit: nec habet vllam vim littere: vt lingua/ aqua/ sic etiam quandoq; post s/ sequente a/ vt e: vt suauis/ suesco. que in scansione bisyllaba proferuntur: licet videantur tres vocales habere. Ouidius. Q̄d male p̄suades: vtinam bene cogere posses.

Ceditur ⁊ vocalis in fine precedentis dictionis: si sequens a vocali incipiat. similiter si precedens dictio in m desinat: ⁊ sequens incipiat a vocali: ceditur illud m/ cum precedente vocali. Uirgilius. Litora. multum ille ⁊ terris iactatus/ ab alto. Hec/ si secꝰ: ac dicta sunt: apud autores inueneris: ascribito autoritati.

Uidebis enim plerumq; non fieri sinalyphen (id est compressionē/ abiectionemq; littere) ⁊ vocalem extremam longam breuiari:

sequenti alia vocali: vt Insule ionio in magno: quas dira cele no. Victor apud rapidum simoenta sub ilio alto. Te cordon o alexi. trahit sua quemque voluptas.

Fit et cesura in fine versus hypermetri (id est vna syllaba abundā-tis) quem qui sequitur: est necesse a vocali incipere: et ipsū vel in m, vel in vocalem desinere. Virgilius. Aut dulcis vulcano musti dequoquit humorem. Et folijs vndam tepidi despumat aheni. Scandes autem secundum principium restolt.

S quoque finalis littera cum precedēti vocali ceditur: sed rarissime. Virgilius. Inter se coijsse viros, et decernere ferro. Aliquan-do sola. Lucrecius. Arboribus veteres decidere falcibus ra-mos. Nonnūque et in principio dictionis posita. Tibullus. O pe reat: quicunque legit viridesque smaragdos.

Syllaba breuis pro longa aliquando ponitur. Ouidius. Mittit hi permestra de tot modo fratribus vni. Virgili⁹. Liminaque, lau rusque dei totusque moueri. Terrasque, tractusque maris, celumque profundum. q̄que hec magis positio est.

Longa vero pro breui rarius. Virgilius. Et longum formose vale, vale: inquit iolla. Oratius. Vale, vale, caue: ne titubes: man dataque frangas. q̄que Seruius dicit esse a cauo cauis. Ouidi-us. Quod tibi donaui: perfide litus emi. Sunt tamen: qui le-gant emo: vt tempus sit pro tempore positum.

Illud non arbitror pretereundum: qd si versus incipiat ab o, alia ve vocali: que partem orationis conficiat: et sequens dictio incipi-at a vocali: non fit cesura. vt apud Tibullum. O ego ne possem tales sentire dolores.

Disce h nullam vim littere iure in metris habere.

Quod quibusque modis prime syllabe quantitas dis-cernatur.

Syllaba prima ea dicitur: que est in principio dictionis plurium syllabarum. Eius quidem quantitas octo mo-dis cognoscitur: positione, dihthongo, prepositione: cō positione, vocali ante vocalem, deriuatione, regula, et exemplo. Discendum tamen: quod consonantes neque producūtur: neque corripiuntur (quod est vocaliū) sed producūt: et corripiūt.

Positione cognoscitur prima syllaba: vt carmen, axis, maia. Po sitio dicitur: quādo post vocalem sequūtur due, aut plures cō sonantes, aut vnū geminatum, aut vnum duplex (q̄le x, z, et i) q̄ (vbicūque sūt) faciūt p̄cedentē vocalem esse productam.

Si vero in eadem dictione post mutam sequatur vel l/ vel r/ aut interdum m vel n (que liquide sunt) precedens vocalis brevis cõis efficitur: vt Atlas/ tenebre/ Caritmon/ Tegnon. Et etiam in diversis dictionibus. Ovidius. Piscosamq; gnidon/ gravidamq; amathunta metallis. Qd quidem exemplu rarissimũ est. sed si in integra dictione precedẽs vocalis ex natura fuerit longa: suũ tenorem servat. quapropter non licet dicere: aratrum penultima correpta.

Positio etiam fit in diversis dictionibus: si vna desinat in consonantem: et sequens a consonante incipiat: vt Ad quem tum Juno supplex his vocibus vsa est. Item si precedens dictio desinat i vocalem: et sequens a duobus/ pluribus ve incipiat consonis. Virgilius. Tribulaq;/ trabeq;/ et iniquo pondere rastri. Nec te decipiat illud virgilianũ: Ponite spes sibi quisq;: S eni vim suam amittit. Hoc quoq; orationum sic purgari posse etiã (Prisciano favente) videtur: Linquimus insani ridẽtes premia scribe: qd S vim suam amittit: et liquida/ que post mutam remanet: precedentem vocalem reddit ancipitem. Sed huiusmodi iuncture vitande sunt. Virgilius vero ibi refugit. Convulsum remis/ rostrisq; stridentibus equor. Si vero dictio post brevẽ vocalem ab vna duplici consonãte incipiat: non est positio. Lucanus. Tales fama canit tumidum sup equora Xerxem. Virgilius. Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Diphthongo: vt audio. nam vbicũq; diphthongus/ ibi syllaba lõga: nisi sequatur vocalis: vt preire/ preesse/ preustus. Quippe diphthõgi vnũ tẽpus. et semis hñt: vt late Torellius explicavit.

Prepositione. Omnis enim prepositio suam quantitatem servat i compositione: vt e/ edisco. Excipiuntur ad/ ab/ sub/ ob/ in/ cõ: que composite cum verbo iacio producuntur: vt adiicio. In trisyllabis vero communes ferunt. ego tñ produci reperio. Ovidius. Adiice troiane suasorem Antenora pacis.

De/ et pre/ et se composita: vbicũq; pducuntur: nisi sequatur vocalis (vt dealbo/ et dearo) di quoq;: preter dirimo/ et disertus/ et composita a greco: vt dilema.

Re vbiq; breviatur: nisi in refert: quando significat distat/ vel esse vtile. Juvenalis. Omnia nec minimo sane discrimine refert. Virgilius. Est numerus: neq; enim numero comprehendere refert. Et in tribus preteritis Reppert/ rettuli/ reppuli: in quibus ideo geminãtur consonantes. Reiicio quoq; produci volũt. sed Priscianũ seqmur: q Virgiliũ in hoc versu. Tityre pascentes a flumine reiice capellas. proceleumaticum inquit po-

suisse pro dactilo: & primũ i simplex consonum esse.

Pro vbiq; producitur: preterq̃ in propero/ proteruus/ proficiscor/ profectus/ profecto/ pronepos/ procella/ profugus/ profugo/ procuro/ profatus/ prophanus/ profiteor/ propheta/ profundo/ profundus/ et nisi sequatur vocalis (vt proauus) vel aspiratõ: vt prohibeo.

Compositione: vt si pono componatur cum pre: dicemus prepono penultima producta. si lego cum per: corripimus penultimam: vt perlego: q̃q̃ rectius composita ex simplicibus/ meliusq; ob liquorum quantitas ex nominatiuo: q̃ ex diuerso cognoscitur. Nulla tamen syllaba compositione discernitur: nisi sit penultima: vel fieri possit: que demum accentu producto/ vel correpto cognoscitur.

Bi/ et bis. Liqueatq; id nobis bis/ et bi composita semper corripi: nisi sequatur positio.

Vocali ante vocalem: vt deus. Nam vocalis ante aliam semper i latinis dictionibus breuiatur. preter fio fis: in quo producitur: nisi r sequatur ad eũ (vt fierem fieri) tunc eni corripitur. et preter aer: in quo producitur. sic & in dius/ dia/ dium. Persius. Romulide saturi quid dia poemata narrent. In grecis vero frequentius producitur: vt Troes. rarius breuiatur: vt Dyadeiambus. At in quibuscũq; dubitaris: ad exempla confugies.

Deriuatione: vt donum: quod deriuatur a dono donas. vnde hec traditur regula. Quanta est prima syllaba primitiui: tanta solet esse deriuatiui: vt munero/ & munus: litteratura tamen seruata (nam religio/ et reliquie non seruant. nec ibo: quod est ab eo. De preteritis/ et supinis infra dicemus) Excipim⁹ vero hec: que his incerti autoris versibus continentur. sic enim facilius memorie commendabis.

Que a breuibus producuntur.

Corripe de breuibus producta: sed aspice caute:
Excipitur casus/ iucundus/ tegula/ latus/
Statutus/ sedes/ vites/ vitupero/ lex/ rex/
Hinc oportunus/ ferasis/ secula/ nequam/
Vox/ binus/ totus/ cũ denus/ tegula/ nonus/
Decius/ humanus/ cum trinus/ feria/ remus/
Caseus/ opilio/ cementum/ elegia/ sumen/

Fomes/ fomentum/ ceritus/ venaq;/ vomer/
Junior/ & pedor/ cum petus/ liquitur/ humor/
Rapaq;/ viginti/ iumentum/ iugera/ pedo/
Simia/ laterna/ gradiuus/ retia/ cune/
Italiam/ cicelis/ iungas et macero.

Casus enim a cado deducitur. Jucundus a iuuo: et iocundus a iocor. Tegula a tego. Latus a tuli. Staturus a statum. Sedes a sedeo. Vires a vireo. Vitupero a vitio. Lex a lego. Rex a rego. Oportunus ab opus/ vel oportet falso deduxit: nam est ab ob/ et portu. Feralis ab eo: ꝙ mortem feram veteres dixerũt. Seculũ a secãdo/ vel a sequendo. Nequam a nequeo. Vox a voco. Binus a bis. Totus a tot. Denus a decem. Regula a rego. Nonus a nouem. Secius a secus. Humanus ab humo. Trinus a ter. Seria a seorsum/ et risu. Remus a remoueo. Cascus a coacto. Opilio ab oue: sed grecum est. Cementum a cadendo declinauit: sed verius a cedẽdo deducitur. Elegia ab elego. Sumen a sue. Fomes/ et fomentum a foueo. Ceritus a cerere. Vena a venio. Vomer a vomendo. Junior a iuuene. Pedor a pede. Petus a petendo. Liquitur a liquo. Humor ab humo. Rapa a rapio. Viginti a bis decem. Jumentum a iuuo. Jugera a iugo. Pedo a pes: quod est puer. Simia a simulando: ꝙ sit homini similis deduxisse videtur: tamen deriuatur a simo. Laterna a latendo. Gradiuus a gradu. Retia a retineo. Cune a cuneis: quibus similes sunt. Italia ab italo rege. Cicelis a ciculo rege. Macero a macer. Inueniuntur & forte plura in vtroq; genere. sed in regularum serie omnia complectemur.

Que a longis corripiuntur.

Que detorquentur de longis: longa tenebis.
Tolle dicax/ monacus/ stabilis/ manꝰ/ atq; fabella/
Cũ titulo/ vicium/ domus/ et dux/ atq; lucerna/
His sopor addatur/ & ofella/ farina/ sigillum/
Inde disertus/ apes/ quater/ atq; quaterna/ tigillũ/
Sic et aceruа/ vadum/ varicosus/ arista/ numisma/
Adde fragor/ fragilis/ & haruspex/ atq; sodalis/

Adde sagax/ auus/ et nemus/ et noto/ sic coma/ virqꝫ/
Sic aqua/ cũ femoris/ siquidẽ/ natat/ adde mamilla/
His ouat/ atqꝫ fides/ italus/ coniungis omasum/
Et pluuiam iunges/ simul atqꝫ proseuca/ bubulcus/
Adde curulis.

Dicat enim a dico deflectitur. Monacus a monos: quod solum significat. sed monos primam syllabam habet ancipitem. Stabilis a verbo stabis. Manus a mano deduxit. Fabella a fabula. Titulus a tutum tutu. Vicium a vito. Domus a doma: quod tectum significat: deriuatur. Dux a duco. Lucerna a luceo. Sopor: a sopio verbo. Ofella ab offa. Farina a farre. Sigillum a signo. Disertus a dissero. Abeo ab ablum. Quater a quattuor. item quaternus. Tigilus a tigno. Aceruus ab aggere: quasi aggeruus. Vadum a vado vadis/ vel vador vadaris: quod est pedibus ꝑ aquam transire. Varicosus a varo. Arista ab areo. Numisma grecum est: sed (vt puto) perperam a nũmo deduxit. Fragor a frango: item fragilis. Haruspex ab ara declinauit: sed ab haruga (id est hostia: que seruatur in hora) deflectitur: autore Donato. Sodalis a suadeo/ vel a sodes. Sagax a gio. Auus ab anuus. Nemus a nemine. Noto a nosco notũ. Coma a como comis. Vir a vi: ⁊ virtus a viro: vt Cicero docet. Aqua ab equo: id est plano. Femur a femine. Siquidem a si/ et quidem. Natat a naui/ vel nauta declinauit. Mamilla a mamma. Ouat ab o letantis voce deducit. Fides a fio/ ⁊ dictum. Italus ab italia/ vel econtra. Omasum ab omine. Pluuia a pluui preterito. Proseuca grecum est: sed vnde flexerit: ipse videat. Bubulcus a boue. Curulis a curru.

Regula: vt legi. Nam omne preteritum bisyllabum producit primam: vt vidi. Preter bibi/ fidi/ scidi/ dedi/ steti/ ⁊ tuli. et vocalem ante vocalem habentia/ vt rui/ fui. Omne preteritum geminans primam syllabam: eandem corripit: vt momordi/ peperi. Ceterorũ vero preteritoꝝ tanta est prima syllaba: quanta presentis. qđ fallit in his genui/ posui/ potui/ coegi: quorum prime syllabe corripiuntur: licet a longis presentibus veniant. Item in reppuli/ rettuli/ repperi: que (quanq̃ a breuibus) producuntur.

Omne supinum bisyllabum: primam producit: vt lusum. Demas

itum/ quitum/ citum/ situm/ litum/ datum/ statum/ ratum/ totum/ et notum in compositione: quando o in i mutat: vt cognitum/ agnitum.

Aduertendum: quod quanta est prima syllaba preteriti: tanta est eorum: que ab illo declinantur: vt legi/ legeram/ legegissem/ legerim. Item quanta est prima syllaba presentis: tanta est eorum: que deducuntur ab ipso: nisi sequatur positio (vt fero ferrem) vel si interdum mutetur littera tota: vt rebar/ et reris a reor.

Exemplo: vt pirum apud Virgilium. Crustumijs/ syrijsque piris/ grauibusque volemis.

Nec te refugiat nihil magis tibi prodesse quodammodo: quam exempla: et maxime in proprijs/ et locorum nominibus. sunt igitur multa tibi carmina memorie commendanda: que in hunc vsum/ et in alios habeas preparata. reddent etiam fecundius ingenium ad versus parturiendos. non ergo cum laborem refugeris: ex quo tantum assequeris emolumenti. At si quando superiori (quam docuimus) via syllabe quantitatem inuenire difficile est: vt habeas: quo statum fugere possis: certo ordine subiecimus regulas. que si forte non omnes comprehenderint voces: noli mihi ascribere tarditati. funda enim non omnes pisces: super quos iacitur: comprehendit. Complexi etiam in his multa: que superiobus regulis dihthongo/ et positione/ aut aliter cognosci possunt. At si quis defuerit: et tibi/ et vnicuique (vt inquit Aristoteles) addere licet.

De A in primis syllabis.

A Ante b corripitur: vt flabellum. Excipe cabro/ flabam/ fabor/ fabula/ fabilis/ flabra/ labor/ laberis/ labilis/ labes/ nabam/ nabo/ nabilis/ pabulum/ scabam/ scaber/ scabidus/ strabo/ stabam/ stabo/ tabes/ tabo/ tabidus.

A ante c corripitur: vt acerbus. Deme acer (quum fortem significat) Achademia (vt apud Tullium. Horatius tamen corripuit. Atque inter siluas achademi querere rerum) Dacia/ facundus/ facundia/ glaculus/ glacinia/ machina/ macero (Ouidius. Macero interdum: quod sum tibi causa dolendi) Thracia/ tacus/ vacinia. et que b/ et p habent: vt baca/ brache/ brachium/ pacem/ placo/ paco/ pacuuius. ex his paciscor/ placet/ baculus/ brachos/ et spacium breuiant.

A ante d corripitur: ut vadum. Tolle clades/ cladila/ gradiuus/ (quod Ouidius in methamorphoseos vi corripuit) Gades/ padus/ quadro/ quadra/ quadriduum/ rado/ radico/ radix/ suadeo/ spadix/ trado/ traduco/ vado/ vadis.

A ante f corripitur: vt vafer. Apher autem / et aphrica magis p ph notantur.

A ante g corripitur: vt ago. Excipe agelina / dago / lagus / magalia / saga / sagus / strages / lagio / stragula / tragedia / tagicia / vagio / vagina. et que habent p vel f: vt flagro / fragro / fragrū / fagus / flagitiū / flagra / fragia / flagito / pagus / paganus / pagina / plaga. ex his demuntur flagellum / fragor / fragilis / et plaga: quando regionem / vel rete significat.

A ante l corripitur: vt alumn⁹. Tolle ala / ales / alea / alitus / alipes / alo alas / balo / balena / balista / caligo / calo calonis / hec mala / hic malus / hoc malum pomum / et hec malus arbor / palo / palantes / palus / qualis / qualea / qualus / salebra / squaleo / squalor / scala / talus / talaris / talis / et talio.

A ante m producitur: vt stamen. Excipe amica / amo / amitto / amentum / chlamis / damus / fameo / lamina / lamentor / tamos / et tamen.

A ante n corripitur: vt cano. Deme anulus / anus pro podice / cancer / canus / canon / canies / canitice / canabis / danus / Dane / danubius / granum / ganeo / ianus / ianua / lana / lanugo / mano / mane / manes / manis / gnanus / phanū / phanus / planus / panis / panos / rana / trano / vanus / vanesco.

A ante p corripitur: vt apud. Excipe aphrica / apher / apulus / apulia / papula / capadocia / mapa / napus / napo / papas / pape / papa / papilio / capo / rapa / saphirus / vapulo.

A ante q breuiatur: vt aquila. Aduertendū nequaq̄ / et ꝯposita.

A ante r corripitur: vt haruspex. Tolle areo / area / aridus / ara p altari / aruncus / arunca / charus / carus / carica / clarus / clareo / carex / faris / glarea / gnarus / harum / Iarus / larex / narix / narea / naritis / naret / nares / pareo / pharus / quarum / rarus / raresco / stare / varus.

A añ s corripitur: vt Asia. Excipe asia p palude / basiū / casus / caseus / nasus / naso / phasis / rasus / rasina / suasus / iason / vasa.

A ante t corripitur: vt quater. Deme ater / atramētū / atriū / blatio / blata / blatea / brathea / bratheola / catus / cata / catolicus / crates / clatr⁹ / flatus / fatur / fatum / frater / fatus / gratus / grates / gratis / grātor / grātulor / lat⁹ / latria / lato / latro / maturo / mater / matrix / matura / matertera / matutinus / materia / natura / natus / natalis / pratum. Platea vero anceps habet. quattuor / quatenus / quatinus / stratum / status / statera / saturnus / vates / vaticanus / vaticinor.

A ante v corripitur: vt auis. Deme auius/ clauis/ claua/ clauus/ Dauus/ dauidicus/ flauus/ flauee/ flauius/ gauisus/ gnauus/ lauinia/ mauis/ mauult/ mauors/ nauis/ nauigo/ nauita/ pauo/ prauo/ prauus/ suauis. et relique: que habēt mutam añ l.

De e in primis syllabis.

E ante b corripitur: vt lebes. Excipe creber/ crebeo/ debilis/ debeo/ debitum/ debilico/ ebrius/ flebam/ febris/ flebilis/ gleba/ glebo/ hebreus/ nebam/ nebo/ nebris/ plebes/ plebiscitum/ p̄bco/ phoebus/ Phebas/ rebus/ phebus equus/ rebar/ sebū/ thebe.

E ante c corripitur: vt secus. Excipe/ cecus/ ceco/ echo/ fecundo/ fecundus/ feteo/ fet⁹/ feto/ fecis/ fecundia/ grecia/ grecus/ mechus/ mechor/ Mecenas/ mecum/ preco/ preconiū/ preceps/ precordia/ precipuus/ secula/ seculum/ securus/ secius. secum/ tecum/ teca/ vecors.

E ante d corripitur/ vt sedeo. Deme cedo cessi/ cedo cecidi/ credo/ dedo/ deditus/ dedalus/ edo/ edis/ edes/ edituus/ edilis/ edictum/ hedus/ fedus/ fedo/ fede/ medea/ med⁹/ predo/ pres predis/ p̄dium/ p̄ditus/ predor/ p̄da/ pedor/ pedico/ rheda/ sedulus/ sedulitas/ sedatus/ seditio/ sedo sedes/ sedes/ teda/ tedet/ tedia.

E ante f breuiatur: Sed aduertenda composita.

E ante g breuiatur: vt lego. Excipe dego/ eger/ egroto/ egypt⁹/ egregius/ egeus/ egon/ egis/ egloceros/ lego legas/ legatus/ regia/ regina/ reges/ regale/ regula/ tegula.

E ante i consonā semper producitur: vt peior.

E ante l in dissyllabis producitur: vt velum. Deme chelis/ celer/ gelu/ melos/ melus/ scelus/ velut/ velim. In polysyllabis vero corripitur. excipe belua/ delitie/ delicatus/ delibutus/ delinquo delinquas/ delictum/ delius/ elysium/ electum/ elisius/ p̄lium/ spelca/ spelunca/ zelotipus.

E ante m corripitur: vt emo. Tolle cementum/ clemens/ crementum/ demo/ demens/ demū/ demon/ demus/ dementia/ emulor/ emulus/ emineo/ emathia/ emolumentum/ eminus/ femina/ femur/ femine/ flemus/ hemina/ nemo/ premium/ premio/ remigo/ remus/ remex/ semē/ semita/ semodius/ semino/ sceamus/ schema/ stema/ stemus/ thema.

E ante n producitur: vt fenum. Excipe enim/ fenestra/ frenesis/ penes/ penus/ penitus/ penates/ penetro/ xenium.

Si vero p̄cedat b/ vel g/ vl' s/ vel u corripitur (preter venū/ vesna/ venor/ senus) adde teneo/ thenia/ ⁊ tenarus.

E ante p corripitur: vt tepeo. deme cepe/ cepa/ epyrus/ epacta/ preputia/ prepes/ repo/ repperi/ reppuli/ sepe/ sepia/ sepiola/ sepio/ sepes.

E añ q breuiatur: vt neq;. Excipe equor/ equus/ equo equas/ eq̄lis/ nequam/ nequicia/ nequaq̄/ neq̄cq̄/ sequanus.

E ante r breuiatur: vt herus/ serum. Deme clerus/ clericus/ cera/ ceroma: ceruleus/ cerulus/ chere/ eruca/ erugo/ es eris/ ero/ eras/ erugino/ erūna/ erigones/ flerem/ heros/ herois/ heres/ heredo/ hereo/ mereo/ Mercus/ nerio/ pleriq;/ pleraq;/ pero/ pera/ quero/ rere/ spero/ sphera/ feres/ serus/ sero/ sericum/ seria/ vero/ verax/ verus/ ver veris/ veratrū/ veru/ veruca.

E ante s producitur: vt Cesar. Excipe Ihesus/ thesis/ ⁊ ꝯposita.

E ante t producitur: vt Cretes. Deme etiam fretum/ gethas/ meta/ metuo/ metallum/ metrum/ retro/ thetis thetidis/ Et ī q̄bus p/ aut u precedit e: vt peto/ veto. deme petus/ preter/ pretereo/ pretor/ et pletus.

E ante u consonam producitur: vt euū. Excipe breuis/ leuo/ leuis (quando significat non grauem) seuerus.

De I in primis syllabis.

I ante b breuiatur: vt Iberus. Deme fibram/ fibula/ gibus/ gibosus/ hybernus/ hybrida/ ibo/ ibis ibidis/ libo/ libū/ libero/ liber pro libero/ ⁊ baccho/ libertus/ libanus/ libro/ libra/ quibo/ scribo/ scriba/ fibulus/ tibia/ tibula/ tribula/ viber/ viburnum.

I ante c corripitur: vt dicax/ et ab eo composita: vt fatidicus. Excipe dico dicis/ ficus/ ficedula/ ico/ licium/ mica/ nicteria/ pica/ picus/ picenus/ sicut/ sica/ sicarius/ spica/ spicus/ spicalū/ sicilis/ sicania/ trica/ trice/ tricenus/ vicinia/ vicinus/.

I ante d producitur: vt sydus. Deme cydonia/ fides/ fidis/ ideo/ idem neutri generis. idolatatra/ idoneus/ quidem. et que hñt u ante i: vt video. b vt biduū. t vt triduū: preter strido/ strideo.

I ante f producitur. Excipe composita.

I ante g breuiatur: vt rigeo. Deme bige/ digero/ figo/ frigus/ flige/ fligo/ fliga/ frigutio/ frigula/ frigeo/ frigil/ migro/ piga/ pigardus/ phrigia/ figeus. Et que habent st: vt stigo. preter stiga. strigil Persius corripit. Iuuenalis ꝓducit striges. Ouidius in fastis confundit: tamen potius breuiatur. Adde triginta/ viginti.

I ante l producitur: vt bilis. Excipe bilibris/ cylidrus/ cylindr*/ cilium/ alix/ filix/ hilaris/ milium/ frumentum/ philomena/ pilus/ pila pro ludi instrumento. Item que s/ aut t aut l habent: vt fileo/ et tilia.

I ante m producitur: vt rima. Deme simus/ hymeneus/ hymē(qđ Ouidius produxit. Et subito nostras hymen cantatus ad aures. et Catullus. Hymen o hymenee hymen ades o hymenee. Alibi corripitur. vt Affuit desertis tempora vinctus hymen) Himus/ thymum. et polysyllaba: vt timeo. preter simia.

I ante n producitur: lineo. Excipe lino/ linio/ tinea. et habentia c/ vel s. vel m ante i: vt cinis/ sino/ minor/ et minor verbum/ minime. tolle sinum vas/ mino/ minos.

I ante p breuiatur: vt hyperboreus. Deme cyphus/ cypus/ cipr*/ griphes/ hypocrita/ hippocrates/ hippomanes/ et cetera ab hippos/ ripa/ riphei/ sipes/ stipo/ sipho/ siphartum/ tiphis/ vipera.

I ante q corripitur: vt liqueo. Excipe liquor liqueris (nam liquaris corripitur) siquis/ liquit.

I ante r producitur: vt lira pro sulco. Deme lyra/ pirus/ pirum/ pira/ vir viri/ tirus. et polysyllaba: vt virilis. preter tiria/ pirata/ pirula/ piramis/ et piramus: que producuntur. Item styria/ pyroma/ tiresia/ chirenomos/ cyrographus.

I ante s producitur: vt visus. Excipe miser/ misereor/ nisi/ stians/ cum compositis.

I ante t corripitur: vt item. Deme bithimia/ bithonia/ clitelle/ dito/ diteo/ dis ditis/ glis glitis/ italia/ itur (sed iturus corripitur) litus/ lis litis/ litigo/ lito/ mitilus/ mitis/ mitesco/ niter nitesco/ phiton/ pithagoras/ pitisma/ psitacus/ ritus/ rite/ scio/ scitor/ scithia/ scitha/ sitis a sum (Propertius. Sitis et inuito semper amore pares) sithon/ trito/ triticum/ trituro/ triton/ tityrus/ titan/ titillo/ tritonis/ vito/ vitupero/ vitis/ vitria/ vitrū.

I ante v producitur: vt priuo. Excipe biuium/ triuium/ niuis.

De O in primis syllabis.

O ante b corripitur: vt obulus. Tolle bolus/ gobeo/ mobilis/ nobilis/ nobis/ obex/ probrum/ robur/ robor/ sobrius/ Thobias/ vobis. et que habent duplicem consonantem.

O ante c breuiatur: vt iocus. Excipe cocytus/ foco verbum/ lo*

cundus/ ocreo/ oceanus/ ocius/ ocium/ poculum/ procerus/ phoca/ vocis/ vocalis.

O ante d producitur: vt codex. Deme modus/ modo/ odor. et polysyllaba: vt fodio. preter prodero.

O ante f corripitur: vt profugus/ et ofella. Tolle profugio/ profero/ profui/ offa/ scrofa.

O ante l breuiatur: vt colo: Excipe boletus/ bolanus proprium/ colyphia/ colum/ colo colas/ dolium/ molior/ moles/ molime/ nole/ olim/ polipus/ prolixus/ ples/ polidamas/ prologus/ solis/ solus/ solor/ solatium/ solens/ solertia/ solennis.

O ante m producitur: vt nomen. Deme comedo/ coma/ dome/ dominus/ glomus/ glomero/ gomon/ homo/ nomas/ omasum/ omitto/ stomachus/ tomes/ vomo.

O ante n breuiatur: vt bonus. Tolle monos: quod anceps habet. Monicus centauri nomen producitur. Item nonus/ none/ zona. Et que c/ vel d/ vel p habent: vt conor/ donec/ pono. preter donus. Lucretius. At quum membra donus glensit frigida seruis.

O ante p breuiatur: vt opes. Excipe opilio opportunus/ operior/ populus arbor/ propago vitis/ poples/ popeanum/ popisma/ sopio/ tophus. et que habent c: vt copia. preter scopulus/ cophinus/ copos.

O ante q breuiatur: vt coquo. Tamen aduertenda cōposita.

O ante r corripitur: vt Chorus. Deme coralium/ coram/ chorus ventus/ corrcus/ corycius/ doricus/ doris/ horum/ hora/ mos moris/ morus/ morum/ mores/ nora/ noricus/ nores/ os oris/ oro oras/ orator/ ora/ orthia/ quorum/ storax/ sorex/ soracte/ thorax. et que habent l/ vel r ante o: vt lorum/ ploro/ roris/ floris/ gloris/ gloria/ prora.

O ante s producitur: vt rosus. Tolle dosus/ posui/ proseuce. prosa anceps habet. rosa corripitur.

O ante t corripitur: vt quotus. Excipe botrus/ cos cotis/ dotis/ doto/ fotus lotus/ lothos/ motus/ notus participium/ poto/ quotidie/ totus/ votum. et habentia duplicem consonantem ante o: vt Clotho/ protinus/ protheus. demuntur prothos/ proterius/ et protus.

O ante v breuiatur: vt ouis. Deme ouum/ prouincia/ prouideo.

De v in primis syllabis.

U ante b corripitur: vt rubus. Deme lubrico/ lubricus/ pubes/ rubrica/ rubigo/ suber/ ruber/ vber/ vbertas. Et que b/ vel n habent: vt bubo/ bubus/ nubo/ nubes. demuntur ex his Innuba/ pronuba/ bubulcus. Connubium vero anceps habet.

U ante c producitur: vt lucus. Tolle dux ducis/ ducenti/ iucundus/ lucror/ lucerna. et que habent b/ vel d/ vel r ante u. preter duco.

U ante d producitur: vt iubet. Excipe pudet/ rudus/ rudis/ rudentes. rudo anceps habet. Persius. Findor vt archadie pecuaria rudere credas. Virgilius in septimo. Uincla recusantum/ et sera sub nocte rudentum. Sudes/ studeo/ ruber corripiuntur.

U ante f semper producitur: vt bufo.

U ante g producitur: vt ruga. Deme tugurium. et habentia i (vt iugum) f (vt fugio) p: vt pugil. preter fruges/ frugi/ iugera/ et iugis adiectiuum.

U ante l corripitur: vt pulex. Excipe culus/ dulichium/ uligo anceps habet apud Virgilium. Producuntur etiam habentia f/ vel g/ vel m: vt fuligo/ fulina/ mulus. ex his demuntur fulcia/ mulier/ gula.

U ante m producitur: vt pluma. Tolle humus/ humerus/ humilis/ fumus/ et habentia n: vt numerus. c: vt cumulus. t. vt tumulus. preter numen/ et struma.

U ante n producitur: vt funus. Deme cuneus/ et tunica.

U ante p corripitur: vt lupus. Excipe cupa/ Jupiter/ stupa/ scrupulus/ supara. et habentia n: vt nuper. r: vt rupes. p: vt pupillus/ pupula. pupilla vero anceps habet.

U ante r producitur vt turis. Tolle curulis/ furor/ furo/ furia/ muria/ nurus.

U ante s producitur: vt pusio. Deme pusillus/ et susurro.

U ante t producitur: vt utor. Excipe cutis/ frutex/ luthum/ lutum. Muto nomen produxit Horatius. corripiunt alii. Puto/ puta/ vti aduerbium/ vtinam/ vter vtra vtrum. et polysyllaba: vt puteus/ vterus. preter putreo/ futio/ futilis/ glutio/ glutino/ glutino/ lutheus. corripuit Tibullus lutheola. Maro producit. Mutuus/ mutuo/ mutio/ mutuo verbum/ nutrio/ puteo/ tutela.

U ante v semper producitur: si nulla precesserit consonans: vt vua. Aliter vero corripitur: vt pluuia/ et fluuius.

De quantitate medie syllabe discernenda.

Media syllaba appellatur: q̄ posita ē inter duas dictionis quotuis syllabarum. et septem modis cognoscitur: positione: diphthongo: vocali ante vocalem: accentu producto. vel correpto: diminutione: exemplo: ꝛ regula. Positione: vt columna. Diphthōgo: vt sabeus/ ceraunia.

Uocali ante vocalem: vt gloria. Nec ignorandum vocalem ante aliam in latinis dictionibus semper breuiari. vt Maria/Lucia: quanq̄ Sedulius quandoq; produxit Maria. Excipimus genitiuos nominum/ ꝛ pronominum in ius desinentes (vt istius/ vnius) in quibus indifferenter ponitur. excipitur ex his alius: in quo semꝑ producitur. ꝛ alterius: in quo semꝑ corripitur. Et ꝑterq̄ in genitiuis/ ꝛ datiuis quinte declinationis: que habēt e inter duo i: quoniam ꝓducūt penultimam: vt diei/meridiei/ speciei. Producitur ꝛ in huiusmodi: terrai/ aulai/ frugiferai.
In grecis quandoq; corripitur: vt ilion/ tragedia/ comedia. quandoq; producitur: vt eous/ spondeus/ liceus/ ptolomeus. quandoq; est anceps: vt chorea/ platea. Deriuatiua a femininis grecis e longo terminatis: habent e productum: vt Crete creteus/ hyble hybleus/ dione dioneus.

Accentu producto: vt fortuna. accentu correpto: vt tabula.
Diminutione: vt si velis iudicare quantum sit v in verbo fortunarum: tolle rum: ꝛ supererit fortuna: in quo ipso accentu cognosces. Ualet autem diminutio ad penultimas discernendas vel ad eas: que penultime fieri possunt: quas maxime accentu deprehendimus. Fallit tamen in plerisq;: vt in deinde/ ꝛ reliquis ex inde compositis. item in exaduersum/ aliquando/ appotus/ apostema/ adrastine: in quibus penultima/ que grauatur: producta est.
Rhetorica/ quanq̄ acuat ante penultimam: corripit tamen (Iuuenalis. Ad pugnam qui rhetorica descendit ab vmbra) sic Hippocrates/ Aristoteles/ ꝛ huiusmodi. sic etiam iusticia/ mesticia: ausonia/ romuleus/ et similia habentia vocalem penultimam breuem ante vocalem: que ante penultimam acuunt: vt Sulpitius/ parthenius/ alterius. Fallit ꝛ in deriuatis a facio per compositionem huiusmodi: vt calefacio/ frigefacio.
Item in vtraq; pleraq; nominatiuis/ ꝛ accusatiuis.
Exemplo: vt pecunia apud Horatium. Et genus/ ꝛ formam regina pecunia donat.

Regula: vt musarum. Nam a, e, et o in crementis pluralibus ca sualiũ ꝓducuntur: vt dominarum, specierũ, dñorum.
I et u breuiantur: vt manibus, specubus:

Crementum in casualibus dicitur: quando obliqui superant rec tum: vt visus visibus. In verbo: quando superatur secũda ꝑ sona singularis: vt amas amatis.

A igitur in verbo crescens producitur: vt amamus. demitur do, cum suis compositis prime coniugationis: vt damus, venũda mus, circundamus.

E crescens producitur in omni coniugatione (vt amemus) nisi pꝰ e sequatur r. tunc enim modo producitur: mõ corripitur. Pro ducitur in presenti indicatiui, ⁊ preterito impfecto optatiui sb iunctiui, ⁊ ĩ presẽti infinitiui secunde coniugationis: vt docer[...], docerem, docere. que vox etiam est impatiui passiui. Item in preteritis perfectis indicatiui cuiuscũq; coniugationis: vt ama uerunt, docuerunt, legerunt, audierũt. Corripitur in illis eis dem superioribus temporibus in tertia: vt legeris, legerẽ, le gere. et in preterito plusq̃pfecto indicatiui, ⁊ preterito perfec to, ⁊ futuro subiunctiui cuiuscũq; coniugationis: vt amauerã, docuerim, legero, audiero. Passiue terminationis reris, ⁊ re re producunt: vt amareris, ⁊ docerere: in quo primũ e quoq; ꝓ ducitur. Futura prime, et secunde coniugationis passiue vo cis corripiunt: vt amaberis, docebere: preter ameris, ⁊ ame re. tertie, et quarte producunt: vt legeris, audieris.

I in primis crementis quarte cõiugationis ꝓducitur: vt audimꝰ. sic etiam in volo: ⁊ sum: vt simus, ⁊ velimꝰ. ⁊ in pteritis: in qbꝰ v consonũ sequitur. vt audiui, petiui. In reliqs corripitur: vt petimus, amauimus, docuimꝰ, legimus, audiuimus.

O in omni cremento producitur: vt amatote.

U vero corripitur: vt volumus.

Reliquas ꝑ litterarũ ordinem regulas posui: que vt faciliori vsui future sint diphthongata in principio: sicut pronunciantur. quẽ admodum in superioribus scribere placuit. Et que ꝑ y notan tur: sub i littera comprehendere.

De A in mediis syllabis.

A ante b corripitur: vt arabes. Excipe finita in bilis (vt amabi lis) in bundus (vt amabundus) in bulum: vt venabulum.

A ante c corripitur: vt alacer. Deme cloaca, lumaca, meraca, opacus. et desinentia in ulum: vt tabernaculum. et obliquos plurium syllabarum: vt fallacis, minacis. preter colacis, ⁊ bar barorum: vt Pharnacis.

A ante d corripitur: vt lampadis. Tolle cicada.
A ante g producitur: vt Imago. Excipe nomina secunde declinationis: vt asparagus/ pelagus/ et abdanago. chiragra et podagra indifferens habent.
A ante l corripitur: vt italus. Deme obliquos neutrorum in al: vt animalis. et denominatiua in alis: vt generalis. Sic etiam ascalon/ et absolon corripiuntur.
A ante m corripitur: vt calamus. Tolle verbalia in amen: vt foramen/ et thymiama. item a in cremento verbi: vt amamus. preter circundamus.
A ante n corripitur: vt Galbanum. Excipe aranea/ et araneus. et greca in an in crescentia: vt titan titanis. et adiectiua vel secunde/ vel tertie declinationis: vt sorianus/paganus/inanis. et gentilia: vt rhomanus. et propria hominum/ vel locorum: vt vulcanus/ et garganus: preter dardanus/ et libanus. et habentia vocalem ante a: vt machiana. Pellicanus producitur: licet rectius corripiendum videtur.
A ante p corripitur: vt alapa. Deme priapus/ et sinapi.
A ante q corripitur: vt Tanaquil. Tolle nequaquam. Composita sunt aduertenda.
A ante r corripitur: vt Cesaris. Excipe amarus/ auarus/ cochleare. et obliquos deriuatorum neutrorum: vt calcaris/ lupanaris. et finita in rius: vt sertarius/ altaria/ carnarium. et huius terminationis adiectiua: vt pinguiarius. preter denarius. A bysyllabis composita sequuntur naturam simplicium: vt preclarus. Obliqui omnes tertie declinationis producuntur. Preter Iubaris/ nectaris/ cesaris/ asparis/ bostaris/ capparis. et barbarorum: vt hamilcharis.
A ante s corripitur: vt carbasus. Deme pernasos/ omasum. et apte deriuata: vt agaso. propria communia sunt: sed rectius breuiant.
A ante t corripitur: vt cyathus. Tolle apte deriuata. et finita in tes: vt achates. et obliquos nominum in as: vt anas anatis/ pietas pietatis. et denominatiua/ et participia/ et verbalia/ et supina: vt barbatus/ amatus/ armatus/ et amatum.
A ante v producitur: vt cadauer. Excipe attauus/ abauus/ et composita.

De E in mediis syllabis.

E ante b producitur: vt monebam. Deme helleborum/ herebus/ hesebon/ terebinthus. et finita in bundus: vt tremebundus. omnia siquidem corripiunt ante penultimam: preter haben-

tis a: vt p̄dabundus / et saltabundus.

¶ E ante c producitur: vt veruecis. Tolle quedam propria: vt Seneca.

¶ E ante d producitur: vt putredo. Excipe esedum / melchisedech. et desinentia in da: vt Andromeda. et composita a correptis: vt comedo / et bipedis. Propriorum rara producuntur: vt Gualfredus.

¶ E ante f / vel ph corripitur: vt elephas. Deme composita a longis: vt veneficus (Uenenum enim p̄ducit ne) preter deducta ab infinitis longis: que corripiunt: vt putrefacio / tepefacio / liquefacio: a putrere / tepere / liquere. Ouidius. Sanguine Tritolemi lyciam tepefecerat hastam. et Corpus et in celum: liquefactaq; tempora sistit.

¶ E ante g corripitur: vt elegus. Tolle deriuata: vt collega / tristega. Propriorum quedam corripiunt (vt deucalegon) quedam p̄ducunt: vt Cethegus.

¶ E ante l p̄ducitur: vt phaselus. Excipe angel^9. et p̄pria: vt Thymele / et Abimelech.

¶ E ante m p̄ducitur: vt amemus. Deme gessemam / heremus nomen / hiemis / hiemo / vehemens. Uindemia licet p̄ducatur: Oratius tamen vindemiator corripuit. Uindemiator est inuictus quum sepe viator. Ideoq; non ignorandum in tetrasyllabis / pentasyllabis et vltra sepissime confundi antepenultimā: vt in tabernaculo / et connubio. Uirgilius. Connubio iungam stabili: p̄priamq; dicabo. Idem. Cuiq; loci leges dedimus cō nubia nostra.

¶ E ante n p̄ducitur: vt balena. Tolle hebenus / iuuenis. Propriorum quedam corripiunt (vt Diogenes / hermogines / Helena) quedam p̄ducunt: vt Origenes. Composita vero a genos corripiunt: vt archigenes.

¶ E ante p corripitur: vt Josephus. Excipe presepe.

¶ E ante r corripitur: vt tener. Deme in rus / et in rum deriuata: vt austerus / galerus. preter inferus / iterum / patera / superus / vterus. Propriorum aliqua producunt (vt Chymera / Megera) aliqua corripiunt: vt Cerberus. Ualerius e correptum habet. Oratius. Contra leuinum valeri genus vnde superbus. Producuntur etiam hec: panthera / cratera / stetera / pantheris / crateris / mulieris / iberus / triateris / characteris. Terminatorum in rium aliqua corripiunt (vt Glicerium / ministerium) aliqua vero producunt: vt nicterium / mysterium. Ouidius. Pandimus interdum doctis mysteria rerum.

In verbis habentibus e ante r: ad superiores de verborum cremētis regulas te refero

E ante s corripitur: vt heresis. Tolle poesis. mathesis: quando significat diuinationem. et composita a longis: vt obesus. Frenesis autem indifferens habet.

E ante t producitur: vt facetus. Excipe amethistus/ temetū/ et nomina/ et obliquos tertie declinationis: vt pietas/ arietis. preter Agnetis/ inquietis/ locupletis/ lebetis/ magnetis.

E ante v producitur: vt longeuus.

De J in mediis syllabis.

I ante b corripitur: vt chalybis. Deme composita: que sequuntur naturam simplicium: vt prelibo/ possibibilis. Et verbalia a q̄rta coniugatione deducta (vt sensibilis) indifferens habent.

I ante c breuiatur: vt rusticus. Tolle amicus/ apricus/ emblic⁹/ formica/ inimicus/ lectica/ lorica/ mendicus/ mirica/ posticus/ pudicus/ rubrica/ tibicen/ vmbilicus/ vrtica/ vesica. Et obliqui in icis a nominatiuis in ix: vt felicis. sed si sint masculina: corripiunt: vt calicis. preter bombicis/ phenicis/ et masticis: qd aliqui corripiunt. In ex corripiunt: preter lodicis. Propriorū alia corripiunt (vt Cimicis) alia producunt: vt Caicus. J ante culum corripitur in his: que a verbis tertie coniugationis declinantur: vt diuerticulum. si a quarte: producitur: vt periculū. in diminutiuis vero corripitur: vt versiculus.

I ante d corripitur: vt auidus. Excipe abydus. et finita in ido: vt cupido. Patronymicorum masculinorum quedam corripiunt: vt pelides/ thesides/ coronides/ licurgides. Composita naturam simplicium sequuntur: vt considero/ et infidus a fido. perfidus autem (qd est a fide) corripitur. sicut obsideo/ et reliqua a sedeo deriuata. Sed ab aliis etiam quibuscunq; semper sunt aduertenda.

I ante f corripitur: vt artifices. nam i positum in iunctura ꝯpositionis semper corripitur: preter tibicen. vbiq; vero/ et vbicūq;/ et ibidem communia sunt.

I ante g corripiunt: vt mitigo. Deme terminata in ga/ et in go: vt auriga/ caligo. preter caliga. Composita sequuntur simplicia: vt alligo.

I ante l corripitur: vt auxiliū. tolle asylum. et verbalia: vt fertilis. et neutra in ile finita: vt sedile. et denominatiua: vt seruilis/ conchilium. preter hec: Dapsilis/ humilis/ parilis/ vtilis/ pestilens. sed exilis/ subtilis/ et aprilis ꝓducūtur. Testilis a testa

producitur: a teru / vel terto corripitur: sic et quando proprium est. Composita imitantur simplicia. Uocatiui huiusmodi: vt Pō pili / Uirgili: producuntur. Oratius tamen corripuit. Nulli flebilior q̄ tibi virgili. et Adducere sitim tempora Uirgili. Massylia pro ora in affrica producit.

I ante m corripitur: vt optimus. Excipe opimus / sublimis. ⁊ verbalia quarte coniugationis: vt munimen / munimentum. Cō posita sequuntur simplicia: vt magnanimus / pessimus. ⁊ im⁹ vero corripitur. In crementis verborum superiores repete regulas.

I ante n corripitur: vt pāpinus. Deme latinum / caminus / caminū / crinis / festin⁹ / ꝓpino / supin⁹ / salinū. et obliquos venientes a nominatiuis ꝓductis: vt phorcinis / delphinis. et deriuata / ⁊ possessiua: vt quirinus / diuinus / austrinus / cedrinus / lupinus. preter acinū / crastinus / hiccine / nūdine / protinus / perē dino. et deriuata ab oleo (vt oleaginus) a clam (vt clamdestinus) a sero (vt serotinus) a fago: vt faginus. Item greca a lapillis / pannis / coloribus ⁊ plerisq; rebus deducta: vt chrystallinus / adamantinus / myrthinus / bissinus: coccinus / bombicinus / sandicinus. excipe et feminina fixa: quia ꝓducunt: vt farina / culina. pter buccina / fuscina / ascina / femina / elemosyna / lamina / machina / mutina / pagina / ꝓserpina / patina / sarcina / trutina. et preter illa: que naturam masculinorum sequuntur: vt azina. Propriorum patronymicorū alia ꝓducunt (vt Albinus / nerine / adrastine) quedam corripiunt: vt Pompinius.

I ante p corripitur: vt antipos. Tolle obstipus.

I ante q ꝓducitur: vt iniquus. Excipe reliquus / siliqua. et composita.

I ante r corripitur: vt gadiris. Deme butyrum / delyrus / papyrus / ⁊ saphirus pro lapide.

I ante s corripitur: vt Elysium. Tolle Anchises / cambises / gauisus / paradisus / paralisis.

I ante t corripitur: vt leuitas / ⁊ amita. Excipe finita in ta ꝓpria / vel a ꝓpriis sumpta / vel ꝓpria loci: vt margarita / heremita / leuita / calamita / pituita / polymita: preter alphita. Item greca in tis / et in tes: vt Sunamitis / Thersites. et denominatiua: vt maritus / auritus: preter seruitus. Item supina / ⁊ participia / ⁊ verbalia venientia a verbis quarte coniugationis / vel a tertie habentibus preteritum in ui / ⁊ supinum in itum: vt auditum / cupitum / peritum. preter composita cum supinis correptis: vt

aditum/ nequitum. Demitur vero ambitum: sed ambitus nomen corripitur. Excipitur et cocythus/ aconitum hermofroditus. lechitus. et obliqui nominatiui in is producti: vt quiris quiritis. et valitudo: quod duas breues in vnam longam contraxit: pro valitudo. In tus terminata a deponentibus/ cõmunibus ve deducta producunt: vt mentitus. preter tuitus. Composita sequuntur simplicia: vt oblitus. et obliuiscor a litus. Est autẽ ambiguum: an a mitos polymitus/ et anithos (quod est fabula) exinanitus producantur. Nouitius Juuenalis contra regulã produxit: ductus accẽtu. Irrito anceps habet: deducitur enim a rotus/ et a ritus: vulgatur ille versus. Irritat euacuat. dum irritat: prouocat hostem.

I ante u producitur: vt salius. Deme niniue.

De O in mediis syllabis.

O ante b corripitur: vt orobus. Tolle ambobus/ duobus/ october/ aristobolus. et Jacobus: quod quadrisyllabum est. Claudianus. Ne laceres versus dux Jacobe meos.

O ante c corripitur: vt apoca. Excipe apocope/ et obliquos a nominatiuis natura productis: vt atrox atrocis. Suffoco: et prefoco producunt: vt apud Ouidium in ibin. Suffocent animã dira venena tuam.

O ante d corripitur: vt epodos. Deme Herodes/ et obliquos huius nominis custos.

O ante f/ vel ph semper corripitur: vt sarcophagus.

O ante g corripitur: vt egloga. Tolle synagoga/ et pedagogus.

O ante l corripitur: vt sobeles. Excipe etholus/ ydolum (quod per omega scribitur apud grecos) prestolor/ pactolus/ subsolanus/ timolus.

O ante m corripitur: vt Salomon. Deme neutra in um/ et in a: vt amomum/ aroma.

O ante n producitur: vt larona. Tolle greca/ et barbara: que in quibusdam corripiunt (vt britonis/ diaconus/ demonis/ canonis/ lingonis/ mennonis/ sardonix/ sindonis/ teutonici/ teutones/ tutonis/ macedonis/ mammona) in quibusdam producunt: vt Damonis/ sinonis/ calidonis. Indifferenter autem apud Virgilium sidonius ponitur. Composita simplicium naturã sequuntur. Obsonor corripitur.

O ante p corripitur: vt inopia. Excipe esopium/europa/pyrop⁹/ esopus/ canopus/ canopeum.
O ante q corripitur: vt alloquor. Sed aduertenda composita.
O ante r corripitur: vt corporis. Deme deriuata: vt sonorus/ decorus: quod a decor est: cuius genitiuum veteres (Prisciano autore) corripiebant. item decorum pro honesto/ et decoro verbum pro orno. Indecor autem corripitur (vt Non erimus bello indecores) et decoro pro honoro (vt Inducunt: decorantqꝫ sua altaria donis) que quidem a decus deflecti videntur. Producimus ꝛ canoris. et terminatorum in or obliquos: vt caloꝛ⁹. preter arboris/memoris/rethoris/castoris/marmoris/ equoris/ bicorporis/ ꝛ tricorporis. Sicut etiã pororus. et masculina in os: vt leporis/ floris: que producuntur.
O ante s producitur: vt mendosus. Tolle ambrosia/ et ambrosi⁹.
O ante t producitur: vt egrotus. Composita sequuntur simplicia: vt antidotum/ monoptotum/ aliquotiens.
O ante v/ siquando reperiatur: producitur. Sed composita aduertenda.

De V in mediis syllabis.

U ante b corripitur: vt coluber. Excipe saluber/ anubis. ꝛ composita a longis: vt obnubo. Connubium indifferens habet.
U ante c producitur: sequente a/ vel us/ vel um: vt sambuca/ caducus/ eunuchus. In reliquis corripitur: vt volucer. preter pollucis/ manduco/ pelluceo/ fiducia. et composita a longis: vt educo/ reluceo.
U ante d producitur: vt testudo. Deme pecudis/ ꝛ tutudi/ cũ cõpositis: vt contudi/ obtudi.
U ante f corripitur: vt comufex.
U ante g producitur: vt ferrugo. Tolle coniugis. sunt: qui emant sanguissuga.
U ante l corripitur: vt exulis. Excipe adulor/ getulus (quod Martialis/ si corrupt⁹ non est: corripuit. Traducta est getulis: nec cepit arena nocentes) et nomina tertie declinationis: vt tribulis/ currulis. preter obliquos: vt presulis/ et nebulonis. item Hercules/ zabulon/ torcular/ speculare/ et huiusmodi.
U ante m producitur: vt alumen. Deme autumo/ contumax/ volumen/ incolumis. et composita a tumeo.

U ante n producitur: vt lacuna.
U ante p corripitur: vt volupe. et ista: que v habent in iunctura compositionis: vt quadrupes.
U ante r producitur: vt siiurus. Excipe camurus/centurio/lemures/luxurio/luxuria/mercurius/purpura. et obliquos tertie declinationis: vt gutturis/furfuris. et meditatiua: vt lecturio/ et ab his deriuata. Scaturio/ et prurio (quia primitiua sunt) non corripiunt.
U ante t producitur: vt cicuta. Deme arbutus. Composita simplicium naturam sequuntur: vt alteruter/ disputo/ percutio.

De vltima syllaba.

Ultima syllaba ea dicitur: qua terminatur dictio quotuis syllabarum. monosyllabaque ipsa (quum a se incipiunt: finiuntque inter vltimas syllabas) reiiciuntur. Cognoscitur autem vltima tribus modis: positione/ diphthongo/ regula. Positione: vt felix/ et dicunt. Diphthongo: vt musae/ et piae.

De A in vltimis syllabis.

Regula: vt omnia in a desinentia producuntur: vt vltra/ et nega.
Iuuenalis. Ultra sauromatas fugere hinc libet/ et glacialem
Propertius. Aut si es dura: nega. sin es non dura: venito.
Excipe ita/ quia/ et puta aduerbium. casualia: vt poeta/musa/hec tota corripiuntur. preter ablatiuos: vt pala/ tonsa. et vocatiuos venientes a nominatiuis productis: vt eneas o enea. et monosyllaba: vt mna/ et A prepositio: que producuntur.
Propertius. Non ita dardanio gauisus atrida triumpho.
Ouidius in fastis. Seu quia tot degiti: per quos numerare solemus.
Persius (teste Prisciano) Hoc (puto) non iustum est: illud male: rectius illud.

Horatius. Cur ego/ si nequeo: ignoroque poeta salutor?
Uirgilius. Musa mihi causas memora: quo numine leso:
Ouidius. Hectora nescio quem timeo paris hectora dixit.
Uirgilius. Tu procul a patria. nec sit mihi credere tantum.
Idem. Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.
Ouidius. Certus es enea cum federe soluere naues.
Uirgilius. A ioue principium muse: iouis omnia plena.

Barbara/ et greca (vt pascha/ et manna) et litterarum nomina (vt a/ h/ k) indifferentia sunt. Numeralia in ginta/ et genta dicunt esse communia. ego vero illa in ginta semper producta: et in genta semper correpta
Uirgilius Triginta magnos voluendo mensibus orbes. ¶ iuenio.

Idem. Triginta capita fetus enixa iacebit.
Iuuenalis. Quadringenta dedit gracchus sestertia dotem.
Idem. Quadringenta parantis confert purpura maius.
Postea (quanq̄ productum est: nisi dicam⁹ duas esse particulas) Ouidius in fastis corripuit.
Postea mirabar: quur non sine litibus esset.

De E in vltimis syllabis.

In e monosyllaba ꝓducūtur: vt me/te/se. Excipe que: qn̄ ⁊ signi ficat: ⁊ secum ꝓposita: vt quisq;. Item ne: qn̄ an. ve: qn̄ vel/aut et significat. Corripiūtur etiā in ꝯpositiōne te/pte/sce: vt tute/ tuapte/ ⁊ huiusce.
Uirgilius. Me duce dardani⁹ spartam expugnauit adulter
Idem. Te duce siqua manent sceleris vestigia nostri.
Ouidius. Qui se/quod patitur: cōmeruisse neget.
Uirgilius. Niseeq;/ spioq;/thaliaq;/ cymodoceq;.
Ouidius. Quisq; suam laudat: studijs certamina crescunt.
Uirgilius. Nonne fuit satius tristes amarillidis iras
Idem. Quidve dolens regina deum tot voluere casus
Plurium quoq; syllabarum corripiuntur: vt mare.
Uirgilius. In mare dum fluuij current: dum montibus vmbre.
Excipe gtīn/ ⁊ dtīn singularē/ ⁊ ntīn/ ⁊ vtīn pluralē prime declina tōis: q̄ diphthongantur: vt muse/ ⁊ similia his: vt docte/tote/ ille. et greca accentu acuto in fine ꝓnūciata: vt Penolope len to tibi mittit Ulixe. Excipe ⁊ ablt̄os quīte declinatōnis: vt die: cū suis ꝯpositis: vt pridie/hodie. ⁊ fame ablatiuū: qd̄ olim quī ti ordinis fuit. et tabe apud Lucretiū. Itē quosdā grecos āblatiuos: vt Eufrate/ Aristotele. ⁊ vtōs venientes a ntīs ꝓduct(: vt Libye/ achate/ eneide/ calliope. item scdās ꝑsonas singulares impatiui scdē cōiugationis: vt mone/ aude. et aduerbia deriuata a ntīs conuerso o in e: vt belle/ pulcre. bene autem/ ⁊ male corripiuntur. Fere/ ferme/ ⁊ quare ꝓducuntur.
Uirgilius. Bisq; die numerant ambo pecus alter ⁊ hedos.
Iuuenalis. Res hodie minor est: here quā fuit. atq; eadē cras
Uirgilius. Obijcit ille fame rabida tria guttura pandens.
Lucanus. Signaq; ab eufrate cū crassis capta ferentes.
Iuuenalis. O libye disiunge boues: dum tubera mittas.
Uirgilius. Sit satis eneide telis impune numanum.
Idem. Tu vatem tu diua mone. dicam horrida bella.
Lucanus. Inuenies: aude superi tot vota catonū
Persius. Euge tuum ⁊ belle nam belle hoc excute totum.
Horatius. Leticie clamabit enim pulcre/ bene/ recte

Ouidius. Non bene conueniunt: nec vna sede morantur.
Idem. Quod male psuades: vtinam bene cogere posses.
Uirgilius. Iamq̄ fere spacio extremo: fessiq̄ sub ipsam.
Iuuenalis. Nulla fere causa est: in qua non femina litem
Idem. Mobilis / et varia est ferme natura malorum.
Sappho. Forsitan et quare mea sint alterna: requires.

De I in vltimis syllabis.

In i finita producũtur: vt bibi. Ouidi⁹. Sepe bibi succos (q̄uis lusitus) amaros. Demuntur mihi / tibi / sibi / ibi / et vbi: q̄ cõia sũt / cũ ꝯpositis. Nisi / et q̄si corripiũtur. Item vocatiui greci in i: vt amarilli / Tybri. et datiui: vt Palladi.

Uirgilius. Musa mihi causas memora: quo numine leso.
Idem. Tu mihi quodcũq̄ hoc regni: tu sceptra / Iouemq̄
Ouidius. Nil ibi quod nobis esuriatur: erit.
Tibullus. Laurus vbi bona signa dedit: gaudete coloni.
Ouidius. Sic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis.
Sappho. Si nisi que facie poterit te digna videri.
Ouidius. Et (quasi discedens) oscula summa dedi.
Uirgilius. Mirabar quid mesta deos Amarilli vocares.
Idem. Tibri pater poscant acies: et federa rumpant.
Statius. Palladi litorie celebrat scyrus honore.

De terminatis in O.

In o monosyllaba ꝓducũtur: vt do / sto / o. Pluriũ syllabarũ cõmunia sunt: vt scribo / veto. Datiui tñ / et ablatiui scdē declinationis ꝓducũtur: vt deo. et sic si aduerbia efficiãtur: vt quãto / tãto. sed mutuo / sero cito / modo / sedulo / crebro / ꝑfecto / et ergo cõia sũt. gerũdia quoq̄ indifferentia. ego rarissime ꝓducit. sed ē sēp corripiēdũ. Greca (vt Dido / Ericto / Alecto) ꝓducũt.

Martialis. Do tibi naumachina: tu das epigrammata nobis.
Uirgilius. O regina: nouam cui condere iuppiter vrbem.
Persius. Non ego: quum scribo: si forte quid aptius exit.
Idem. Hoc iuuat: hic inquis veto quisq̄ faxit oletum.
Uirgilius. Descendo / ac (ducente deo) flamã inter / et hostes.
Ouidius. Sed quanto minus ire voles: magis ire memento.
Statius. Sero memor thalami meste solaria mortis.
Tibullus. Heu sero reuocatur amor: seroq̄ iuuentas.
Iuuenalis. Et cito rapturus de nobilitate comesus.
Ouidius. Qui modo Nasonis fueramus quinq̄ libelli
Horatius. Nil tanti est: ergo fungar vice cotis: acutum

August⁹ octau⁹. Ergo ne supremis potuit vox improba verbis.
Virgilius. Cantando tu illum? haud vnq̄ tibi fistula cera
Iuuenalis. Plurimus hic eger moritur vigilando. sed illum
Ouidius. Sed quid ego reuoco dictis his omen abesto.
Statius. His ne etiam funestus ego videt ista deorum
Virgilius. Quis tibi tum dido cernenti talia sensus.
Lucanus. Reginam alecto stimulis agit vndiq̧ bacchi.

De terminatis in V.

In v ꝓducūt oīa: vt Genu/ Cornu. Virgili⁹. Nuda genu nodoq̧ sin⁹ collecta fluētes. Idē. Iā cornu petat ꝛ pedib⁹ q̄ spgat arenā

De terminatis in C.

In c etiā ꝓducūtur: vt sic/ fac/ d c/ duc. Excipe lac/ nec/ donec. Hic pronomen indifferens est. aduerbium est longum.
Lucanus. Sic cato superi quoniam pietasq̧/ fidesq̧
Ouidius. Durius incedit: fac ambulet omne papille.
Illud autem: quod est in heroidibus/ ꝛ alibi legitur face.
Philli face expectes demophoonta tuū. Et dixit referas ista face
Idem. Et dic ardoris sit rogus iste mei. ¶ arma ioui.
Lucanus. Duc age scythic populos ꝑ inhospita syrtis.
Sappho. O nec adhuc iuuenis: nec iam puer vtilis etas.
Ouidius. Donec eras simplex: animū cū corpore amaui.
Ouidius. Phillidis hic idem/ tenereq̧ amarillidis ignes.
Virgilius. Solus hic inflexit sensus/ animūq̧ labantem.
Idem. Hic vir hic est: tibi quem promitti sepius audis.
Virgilius. Posthabita coluisse samo. hic illius arma:

De finitis in b/ c/ g/ m/ p/ t.

In b/ d/ g/ m/ p/ t finalē corripiūt: nisi positio/ vel diphthōg⁹/ vel syncopa icidat: vt legūt/ aut fumat ꝑ fumauit/ obit ꝑ obiuit.
Lucanus. Solus ab hesperia non flexit lumina terra.
Ouidius. Nec quod abest hic me tecum mirare relictam
Iuuenalis. Sinciput elixi/ phariaq̧ madentis aceto.
Idem. Magnus ciuis obit/ et formidatus othoni

In h finitis: producuntur: Vt ah/ Vah.

De terminatis in L.

In l corripiuntur: vt ceruical/ Hannibal/ semel. Excipe sol/ nil/ et barbara in fine cum accētu pronūciata: vt Mihael/ Gabriel.
Iuuenalis. Conduxit comites lectum ceruical amicas.

Silius. Ethereas quoqꝫ (vti poscis) trahat Hannibal auras.
Ouidius. Sol aditus quã queris ait ne vana labores
Horatius. Nil oriturum alias / nil ortum tale fatentes.

De terminatis in N.

In n producuntur: vt titan. pean / quin. Excipe forsan / forsitan / an / tñ / attñ / in / dein / exin / proin. ⁊ corripientia penultimã crescentis genitiui: vt nomen nominis. ⁊ pleraqꝫ greca: vt Ilion / pelion: que interdum producunt: vt helicon.
Lucanus. Unde venit titan: ⁊ nox vbi sydera condit.
Iuuenalis. Parce precor Pean ⁊ tu depone sagittas.
Uirgilius. Quin age: si quid habes: in me mora non erit vlla.
Idem. Mittite. forsan et hec olim meminisse iuuabit.
Iuuenalis. Forsitan expectes: vt Quintilianus ametur.
Idem. Accipit ⁊ madide facies dicetur an vlcus.
Ouidius. Nec tamen emendo labor hic quã scribere maior.
Idem. Nil mihi rescribas: attamen ipse veni.
Idem. Si quis in hoc artem populo. non nouit amandi
Sappho. Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Ouidius. Ilion / ⁊ Tenedos / Simoisqꝫ / xanthus / ⁊ Ida.
Lucanus. Pellion opponit. radiis nascentibus vmbras.
Martialis. Preter aquas helycon / ⁊ serta / lyrasqꝫ sororum.
Accusatiui primi declinationis in an / ⁊ in en ancipites sunt.
Ouidius. Respice laberten: vt iam sua lumina condas.
Idem. Enean animo nocte / dieqꝫ refert.
Statius. Quippe ferunt raptam patriis eginam' ab vndis.
Uiden / ⁊ satin corripiunt.
Uirgilius. Educet. viden: vt gemine stant vertice criste?
Seruius tamen natura sua vult esse productum.
Men / ten p mene / ⁊ tene pducũt. Nemon indifferẽs hẽt: vt nemo.

De terminatis in R.

In r corripiunt: vt cesar / imber / ⁊ opposita. Excipe aer / ether / iber / celtiber. Item crater / caracter / ⁊ stater: quia greca sũt: ⁊ habent apud illos r in obliquis qd vertitur in e longum. Monosyllaba etiã corripiuntur: pter cur / fur / cor / lar / far / ver / et par / cum compositis: vt dispar / impar / ⁊ compar.
Lucanus. Cesar in arma furens nullas nisi sanguine fuso.
Lucretius Quo deconcutitur: sequitur grauis imber / ⁊ vber.
Uirgilius Unde hominũ genus / ⁊ pecudes: vnde iber / ⁊ ignes
Idem. Hic numidũ genus / ⁊ distinctos mulciber aphros.

Ouidius. Acceptus geniis illa december habet.
Idem. Lucidus hic aer: et que duo corpora restant
Idem. Audiet hoc ether. et si deus vllus in illo est.
Idem. Summus inaurato crater erat asper achanto.
Idem. Cur opus affectas ambitiose nouum?
Persius. Fur es ait: pedio pedius quid crimina rasis?
Sappho. Mille meum leuibus cor est violabile telis.
Uirgilius. Sulphurea nar albus aqua/ fontesqꝫ velini.
Ouidius. Far erat/ et puri lucida mica salis.
Idem. Uer erat eternum/ placidiqꝫ tepentibus auris.
Horatius. Ludere par impar equitare in arundine longa.
Idem. Ut matrona meretrici dispar erit: atqꝫ

De terminatis in as.

In as producunt: vt maiestas/ das. Excipe greca finientia genitium in dis/ vel in dos: vt pallas/ ilias. sic et accusatiuos grecorum tertie declinationis: vt troadas/ lampadas/ menadas/ pliadas/ hyadas.

Iuuenalis Maiestas/ et si funesta pecunia templo.
Martialis. Tu mihi das ante: qualia mane soleo.
Ouidius. At videt vultus pallas in amne suos:
Persius. Quid non intus habet? non hic est ilias acci
Ouidius. Troadas inuideo que sic lachrymosa suorum
Martialis. Ad matrem fugiet pentheus: ad menedas orphe⁹.

De terminatis in es.

In es producuntur: vt dies/ fides/ et liby/ es gtm. Excipe inquies nomen/ penes ꝑpositionē/ et es verbū substātiuū cum ꝯposit(is). item corripiētia penultimā crescentis gti: vt miles militis. demuntur abies/ paries/ aries/ ceres/ spes/ res/ et pes cum cōpositis. et greca pluralia: vt troades/ atlantides/ saxones/ bistones/ ligones/ archades/ cyclopes.

Horatius. Si meliora dies vt vina poemata reddit
Maro. Heu pietas: heu prisca fides/ inuictaqꝫ bello.
Silius. Fatali dido libyes appellitur ore
Horatius. Quem penes arbitrium ius est/ et norma loquendi.
Uirgilius. Quisqꝫs es armatus: qui nostra ad limina tendis:
Idem. Huc ades o melibee: caper tibi saluus/ et hedi.
Ouidius. Miles erat phebes. nec menalon attigit vlla
Uirgilius. Populus in fluuiis: abies in montibus altis.
Idē i iuuenilib⁹. Quā firam paries illos seruabat in vsus:
Lucanus. Extruitur: quod non aries impellere possit.

Virgilius. Flaua ceres alto nec quicq̄ spectat olympo.
Tibullus. Spes alit agricolas: spes sulcis credit aratis.
Ouidius. Credula res amor est: vtinam temeraria dicam.
Idem. Et (puto) pes illi longior alter erat.
Virgilius. Stat sonipes: ac frena ferox spumantia mandit.
Horatius. Omnia magna loquens modo sit mihi mēsa tripes et
Virgilius. At procul in sola secrete troades acta.
Idem. Ante tibi eoe atlantides abscondantur:
Lucanus. Et bituri/longisq̄ leues saxones in armis.
Iuuenalis. Qua nec terribiles cymbri nec britones vnq̄.
Lucanus. Pugnaces pictis cohibebant ligones armis.
Virgilius. Arcades: inuidia rumpantur vt ilia codro.
Idem. Infandi cyclopes ꝛ altis montibus errant.

De finitis in is.

In is corripiūt: vt ignis. Demitto velis/ ꝛ abis/cum suis coniugatis: hoc est cum verbis secunde psone singularis indicatiui q̄rte cōiugationis: licet Ouidius poetica licentia in heroidibus breuiarit. Nescis: an exciderint mecum loca: venimus illuc. Tollito etiam ꝓducentia penultimam crescentis genitiui: vt samnis samnitis/ lis litis/ ꝛ plurales casus: vt omnis/ ꝛ deis. p̄ter etiam monosyllaba: vt vis/sis/ ꝛ ab eis composita: vt q̄uis/ adsis. subtrahimus duos rectos is/ ꝛ quis. ꝛ mis/ tis/ bis: que corripiuntur. greca quoq̄ in is similem sibi vocatiuum habentia Prisciani autoritate ꝓducūt/ vt ar[illegible]/arinis/soter[illegible]/soterinis.

Ouidius. Et venus in venis: ignis in igne fuit.
Martialis. Esse velis oro serus cōuiua tonantis.
Propertius. Non audis: ꝛ verba sinis mea ludere cum iam
Ouidius. Tristis abis: oculis abeuntem prosequor vdis.
Idem. Lis est cum forma magna pudicitie.
Virgilius. Omnis vt tecum meritis pro talibus annos
Martialis. O dilecta deis: o magni cesaris arbor.
Horatius. Cuilibet argilla quod vis imitaberis vda
Ouidius. Sis argumentum maius: an auxilium?
Idem. Tu quoq̄ fac: ꝑsis intra tua claustra iacenti.
Virgilius. Quamuis elysios miretur grecia campos
Idem. Adsis o tegee fauens/ oleeq̄ mineruа.
Ouidius. Hectora quisquis is est: si sum tibi chara caueto
Virgilius. Quisquis es armatus: qui nostra ad limina trudis:
Ouidius. Dicta bis antiquum syllaba nomen erat.

De finitis in os.

In os producunt: vt bos/ os oris. Excipe os ossis (Prisciano autore) compos/ impos. ⁊ greca in os: vt ilios/ tros/ lemnos/ neritos/ chaos. ⁊ genitiuos grecorum: vt palladros/ archados/ thaydos. Heros vero (autore prisciano) producitur.

Ouidius.	Bos aret ignauum sacrificate suem.
Virgilius.	Os/ humerosq̄ deo similis: nam ipsa decoram
Ouidius.	Insequere: ⁊ voti post modo compos eris.
Horatius.	Direxit arcu non semel ilios.
Virgilius.	Tros ait enea cessas neq̄ enim ante dehiscent
Ouidius.	Necsenis ette regia lemnos erat
Virgilius.	Dulychiumq̄/ sameq̄ ⁊ neritos ardua saxis:
Ouidius..	Me chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant.
Martialis.	Pallados/ ⁊ templi limina cosme noui
Statius.	Archados atq̄ alio capaneu horrore canendus.
Propertiꝰ.	Turba menandree fuerat nec thaydos olim.

De finitis in vs.

In vs corripiunt: vt tempus. Excipe monosyllaba: vt plus/ mus/ pus. et q̄ producūt penultimā crescētis genitiui: vt tellus/ ⁊ salꝰ. sed Horatius licentiose palus corripuit. Regis opus. sterilisq̄ diu palus/ aptaq̄ remis. Item genitiuos singulares/ ⁊ nominatiuos/ accusatiuos/ et vtōs plurales quarte declinationis: vt manus. Tolle etiam greca terminantia gtm in odis: vt melampus melampodis/ Edipus edipodis. sic etiam Panthus panthi pro panthous panthoi.

Tibullus.	Tempus in apricis maturat collibus vuas.
Iuuenalis.	Plus aloes q̄ mellis habet: qui deditus amat.
Lucanus.	Nondum post genitos tellus effeta gigantes
Ouidius.	Hoc manus in vincla meas: meruere cathenas.
Virgilius.	Panthus otriades/ arcis phebiq̄ sacerdos.

Hec grammatice Sulpitij opuscula correcta ⁊ pūctuata diligētissime: sunt impressa Londonijs per Richardum Pynson anno salutis millesimo quadringētesimo nonagesimo quarto/ quarto idus Januarias.

Carmen Sulpitii ad lectores.

Sunt quorũ in manibus nostri monimẽta laboris:
Vos precor: hec iusta pendere lance iuuet.
Si placeo: laudis non me fraudetis honore.
Offendet: siquid me monuisse vacet.
Si non tutabor: cogar peccasse fateri.
Docebo et monitis lector amice tuis.
Me volet ac siquis rabie lacerare canina:
Cerberam rabiem sentiet esse mihi.

De heroici carminis decore.

Et si poteram libello iam modum imponere. Syllabarũ enim quantitatem quanta ꝑ tempore diligentia licuit ti bi ostendi. Malui tamen ad tuam eruditionem non pau ca subijcere. sed illud te prius admonuerim Cypriane. Hec omnia. nisi te frequenti exercitationi tradideris. non mul tum tibi posse conferre. Heroici examen decorum in ap ta pedum connexione ⁊ varietate seruabitur. Si pes non ter minet partem orationis nisi forte in primo quarto quintove lo co. Et si dactilici pedes alternis. vel interiectis spondaicis tẽ perentur et contra. Ille pedus est enim versus prosa itercisaq nimis oratione succurssans. et maxime si secundus pes partẽ orationis terminet vehementer offendit. qđ fiet minus inde co re in tertio. si in monosyllabũ desinat. ⁊ dictiones exigue sint Languide prosterni videtur qui spondeum habet in quinto. Insurgunt ⁊ fluunt canore quinq continui dactilici. Incedũtq cum decore spondei quatuor. si ipsa res exigat Sententia in versus sequentis partem discurrens multorũq carminũ inter se implicatio quam alij cesuram alij cõma appellant plurimum iocunditatis hẽt in loco vt vbi aut suauitate aut ꝯtinuatõe. aut vehementia opus est. Absoluto vero sensu constantia plus in terdum grauitatis censetur habere In trisyllabam vocem si de sinãt fortius videntur insurgere. Si in monosyllabam. nisi en clitice sint frangi videntur Male in pentasyllabam ⁊ tetrasylla bam desinunt gratius in bisyllabam. Penthametrum elegia cum sensum concludere debet. suauiusq in vocem bisyllabam desinit Proxime in pentasyllabam tetrasyllabamq Pessime ĩ trisyllabam ⁊ monosyllabam Uocalium crebras concursiones eiusdemq littere ⁊ syllabe assiduitatem dissonantiamq ⁊ sibila tionem magis etiam ꝙ in soluta oratione studiose vitabimus omnemq cultum cum latinitatis integritate seruabimus. ver bis vtemur electis. nunc suauibus nũc canoris vt res postula bit. quare tenenda est vis elementorum. Uocales enim nõ sũt voces eiusdem. I. angustior. E. planior est. Relique pleniores Semiuocales sonore sunt. maximeq l. m. r. x. aspera est s. frequentata sibilat i presertim antecedente. sed omnem asp itatem ipsa pronunciatione tam in singulis ꝙ in connexis con sonantibus facile cognoscemus Carmen figuris spargemus fa cilitate affectibusq concinnabimus fabulis hystoriis ⁊ rerum doctrina locupletabimus. duriciem ⁊ tanꝙ conatũ verborũq ocium ⁊ nouitatem vitabimus et qđ maxima virtus orationis est· vt lactantius inquit. aperte dicemus Ambigue dicta ⁊ ori

namenta ambitiosa. vt monet flaccus refugiemus. A personarum ⁊ rerum decoro non deliberabimus. Interdum copiam. interdum breuitatem. nunc pingue. nunc siccum dicendi genus. nunc maturum ⁊ graue. nunc ardens erectum et concitatum amabimus. Ipsis caracteribus siue graui siue mediocri siue extenuato accētu. ⁊ verba et sententias adaptabimus. Omnisq; nostra inuentio ingenium artemq; redolebit. Carmen deducendum leta intentaq; cura aggrediemur. antea si fieri poterit vel lectiuncula vel commemoratione similis carminis excitati. Stilum non vergebimus. et versum faciendo scabemus persepe caput. rodemusq; vngues non quidem industria. sed animi intentione distracti. Unde inuento qđ conabamur nobis quasi non sentientibus pluteū cedimus. Stilum sepe vertemus singulaq; diligenter examinabimus. ⁊ an lectiōe sint digna seuere censebimus. . amicorum pleraq; iudicio emendabimus Libri editionem non precipitabimus. nec eam penitentia subsequatur. sed diu vel nonum in annum castigabimus Si quid autē emissum fuerit. presertim in adolescentia licet in iudicium cum modestia reuocare ⁊ in suo genere conseruando corrigere fecere. multi id. fecit ⁊ Martialis iam grandior qui inquit. Festinata prior decimi mihi cura libelli. Elapsum manibus nunc reuocauit opus. Nota leges quadam sed lima rasa recenti Pars noua maior erit lector vtriq; faue. Ad cuius quidem imitationem ego quoq; non dubitaui quedam opuscula que adolescentulo mihi effluxerant elimare et facere meliora. Confirmauitq; me ad id Priscianus grammaticus. qui se fatetur quecunq; in suis aduerterit errata quoad vixerit emendaturum. Alcestidis. Lucilij et Calij permensis in cōponēdo festinātiā bethiq; pessimi poete cuius meminit strabo non magnifaciemus extemporabilitatem. rara felicitate legendā. ⁊ vulgi dumtaxat opinionem facturam Illa vero si elegās sit lectioneq; digna. qualem Licinius et antipater vt scribit Cicero habuerunt nihil potest esse admirabilius. eam facultatem quo pacto assequi valeamus Quintilianus in decimo precepit. Ibidem ⁊ quomodo scribendum emendandumq; sit. si vero furoris plurimum fecunda nobis natura subministrarit. illum sequimur. mox ad trutinam redituri. aut pressis habenis. maiestati carminis intēdemus si vero cedro ⁊ apolline digna volemus componere. Euripidis imitabimur maturitatem. ⁊ optimis potius ꝙ̄ multis gloriabimur. Sed si mora nimia offēdemur omnino. Maroniano id ē vergilio more sūmaq; diligentia carmen conficiemus. Nec si pro cuiusq; ingenij facultate conseruare curabimus dicemus non indecore. Assequmur

ea omnia precipue duce natura addo etiam doctrinam. Nam vt Oratius ait. Scribendi recte sapere est principium et fons. Multum etiam cum imitatione exercitatio confert.

Exametri carminis vitia.

Vitia exametri carminis eorumque nomina operepreccium est indicare. Ea sex putat mallius. theodorus. vero plura congessit. Acephalum dicitur qd incipit a syllaba breui. vt Fluuiorum rex eridanus. camposque per omnes. Procephalum quod in primo pede vltra quattuor habet tempora. vt Lene quam de de ris vati consumpsimus ossa. vel si fingas. Romenia respiciens que am infelicis elise.

Vagarum seu laxum cuius in medio vna aut plures syllabe claudicant. vt Congredior fert sacra pater et concipe fedus.

Truncatum quod in penultima claudicat. vt Mortem contemnsit laudato vulnere gethe.

Hypermetrum quod vna syllaba habundat. vt Jactemur doceas ignari hominumque locorumque.

Grauidum qd habet syllabam in medio superantem aut qd syneresim patitur. vt Fixerit eripidem ceruam licet aut erimanthi.

Inane cuius syllaba in duas per dierisim scinditur. vt Accipe pompei deductum carmen ab illo. ex vna enim syllaba due fiunt Nam si longa corripitur dicitur sistole. vt obstupui steterantque come et vox faucibus hesit. Si breuis producitur Ectasis. Si due breues pro vna longa. vel due longe pro vna ponantur Symphonisis est. hac greci frequenter vtuntur.

Leoninum vocant cuius pentimemeris est vltime cosona. vt Diues in accessos vbi solis filia lucos.

Spondaicum qd spondeum habet in quinto. vt cornua velatarum obuertimus antemnarum.

Colossum seu colobum seu solutum quod prosa oratone incedit. vt Dono ducite doque volentibus cum magnis dijs.

Asperum quod horret iuncturis. vt Nisee spioque thaliaque cymodoceque. Non vero est ignorandum. quedam ex his vitia tam exametri quam cuiusque carminis esse posse.

Hypoibitinum in quo singuli pedes terminant dictionem. vt Carmen doctum femina simplex condere nescit.

Cacophona que vocalium assiduitate squalent. vt infernique lacus ceeque insula circes. et Bulai in medio libabant pocula bacchi.

De metris.

Nequiuocum cuius vltime syllabe similes sunt. vt Extret mentes fraternas grata malis lis.
Hemistichium quod inceptum dumtaxat et semiplenum est. qualia sunt apud maronem. vt Huc cursus fuit.
Nolo preterea te latere Molle appellari qd suauiter sonat Perfectum qd integram sententiam continet. Politicum qd omis figure z passionis est expers.
Absolutum qd cōtinet omnes partes orationis. vt Ah. me flectentem super ethera mox rapuisses.
Ascendens qd a dictione monosyllaba incipit. per singulas gradatim augetur. vt Cur nos iuuenes decerptas orbiculata. Reciprocum qd conuersa scansione transit in aliud siue integer siue dēpto vltimo pede. rarū quidem inuentu z insententiis ingenij labor. Reciprocum quoqȝ illud dicitur cuius sensus si a fine sumatur contrarius est ordini recto. vt Mel tibi non tibi fel sine dat par candida non lis.
Ferunt ad hec septem de eius compositione varietates Appellantqȝ dactilicum qd dactilo clauditur. vt prefertissimus manibȝ vitas z verba precantia. qd et hygmetrū est. sed aptius hoc enī exēplum. Sydera pallida diffugiunt face territa luminis. dicunturqȝ hec equatemporea eo q omnes pedes sunt ijdem.
Heroicum qd et pithium dicitur et epos. vt Mallius tradit proprie ē qd post quinqȝ dactilos spondeo clauditur vt At tuba terribili sonitu procul ere canoro.
Spondaicum qd ex solis spondeis constat. vt Rhomani muris albam cinxerunt longam.
Commune seu periodicum qd alternis dactilis z spondeis componitur. vt Italiam fato profugus lauinaqȝ venit.
Sapphicum q inter duos spondeos quattuor habet dactilos. vt Inferretqȝ deos latiō genus vnde latinum.
Anthimachium quod bis post duos dactilos habet spondeum id et catenoplium dicunt. vt Ante fugam soboles si quis mihi paruulus aula.
Buccolici species tres. Mallius facit aut enim in quarto loco dactilum ex integra parte orationis habet vt Nos patrie fines z dulcia linquimus arua. aut in quinto. vt Tityre tu patule recubās sb tegmine fagi. Tertia species est que duo spiramēta heroici carminis habet. vt Nil nostri miserere mori me deniqȝ cogis.
Iam de pedibus et his que ad eos attinent differemus. Pes est syllabarum z temporum certa dimensio. Accidunt pedi sex. Arsis

et thesis. Numerus syllabarum. Tempus. Resolutio. Figura. et Ordo. Arsis et thesis est eleuatio vocis ⁊ positio que in paucioribus duabus syllabis fieri nequit. Numerus syllabarum accidit. vt spondeo duarum. dactilo trium. choriambo quattuor. Tempus est ipsa mora pronunciandi. Relatio dicitur si vna syllaba pro duabus vel contra. si longa breui. vel contra. et si pes pro pede ponatur. Figura duplex est. simplex vt in bisyllabis trisyllabis. Composita vt in quadrisyllabis et vltra. Ordo accidit quia certo ordine ponuntur et per ordinem quesiti inuentique sunt. Pes breuis ante longum inuentus est. Constat siquidem breuem syllabam que vnius est temporis ante longam que duorum est fuisse repertam. vt vnus antequam duo. Pedes ideo appellati quia vt nos nostris sic illis carmina videntur incedere.

Syllabe breuis caracter est hoc ◡ Longe hoc — Communis si pro longa sit posita hoc ◡— si vero pro breui hoc —◡ Bisyllabi pedes quattuor sunt. Pyrrichius ab inuentore sic denominatus qui et periandus dicitur ex duabus syllabis breuibus constat. vt deus. Spondeus ex duabus longis. vt estas. dictusque a spondi quod libamen tum et fedus significat. in quo spondaico cantico vtebantur. Iambus ex breui et longa. vt dies dictusque ab inuentore vt vult Aristercus. vel a iambizin idem contumeliando quia eo maledicere consuerunt. Trocheus qui et choreus ex longa et breui. vt corpus. dictusque quod sit volubilis. vt rota. que trochis dicitur. et volubilem excitat saltationem.

Trisyllabi octo sunt. Tribrachus dictus quod tris brachias id est breues habet. vt Aquila.

Molossus ex tribus longis constat. vt eneas. dicitur autem a molosso qui in iouis templo eo pede celebrabatur. vel a molossa id est epyrotica saltatione.

Anapestus ex duabus breuibus et longa. vt Pietas. dicitur ab ana et pein quod contrarius pes dactilo fit.

Dactilus qui et herous ex longa et breuibus. vt filius. dicitur a dactilo id est digito cui in spaciis conformis est.

Amphibrachus ex longa inter duas breues. vt amator. dicitur autem ab am id est circum et brachias. hoc est breues.

Amphimacrus ex breui inter duas longas. vt ciuitas. dictus quod circum macras hoc est longas habet. dicitur et creticus.

Bacchius ex breui et duabus longis. vt honestas. dictus quod in bacchi dithyranbis vtebantur. Alii fuerunt ab inuentore.

Antibacchius vel palimbaccius ex duabus longis ⁊ breui dictus

q̄d sit contrarius bacchio.

Quadrisyllabi sexdecim sunt.

Proceleumaticus qui fit ex duobus pyrrhichus. vt ariete. dict⁹ a proceleum quod est hortari et suadere.
Dispondeus dictus q̄ dis id est bis sit spondeus. Fit enim ex duobus spondeis. vt oratores.
Diiambus ex duobus iambis. vt amenitas.
Ditrocheus ex duobus trocheis. vt Uindicator.
Antispastus ex iambo ꝛ trocheo q̄ contrarii sunt. vt Coronatus.
Choriambus ex trocheo et iambo. vt Uersificans. dictus q̄ i iambum desinit. et a choreo id est trocheo incipit.
Ionicus maior ex pyrrichio et spondeo. vt benedictos. dictus ab Ionio archadis filio vel a ionibus.
Ionicus minor ex spondeo et pyrrichio. vt preconia.
Peon primus ex trocheo pyrrichio. vt leticia. dictus quidē a peone.
Peon secundus ex iambo et pyrrichio. vt amabilis.
Peon tertius ex pyrrichio ꝛ trocheo vt alienus.
Peon quartus ex pyrrichio et iambo. vt celeritas.
Epitritus primus. ex iambo et spondeo. vt sacerdotes. dictus ab epi id est supra tres alia diuersa ponatur. In eo enim semper vna a tribus aliis discrepat.
Epitritus tertius ex spondeo et iambo. vt hereditas.
Epitritus quartus ex spondeo et trocheo. vt oratoris.
Pentasyllabi pedes vt scribit Diomedes sūt duo et triginta. Hexasyllabi. lxiiii. sed in vsu non sunt et reducuntur ad superios.

De variis generibus versuum.

Sunt autem vt te nō latet diuersa ex pedibus metra numeriq̄ et versuum genera. quorum connexiones breuiter enarrabo. si prius Seruii centimetrum in quo diuersa complexus est carminum genera recitauero. Sed anteq̄ id aggrediar. hec cognitu dignissima te docebo.
Metrum grecum vocabulum Diomede autore est pedum iunctura numero modoq̄ finitiuo sublationes positionesq̄ seruans ꝛ quia per metra versus metimur. vult Malli⁹. theodorus ipsosq̄ vers⁹ metra posse appellari. sicut vas q̄ metimur et triticū q̄d mēsi sum⁹ modium dicimus. sicut etiam pes degitus. cubitus. decempeda

sed id verbum in ea presertim significatione. in raro est apud probatissimos usu. Junctura vero est ipsa verborum coniunctio. Numeri sunt incitati quidem cursus et verborum certo ordine connextiones que audientium aures demulcent. greceqȝ rhythmi appellantur qui vt inquit Quintilianus spacio temporum constant. Metra vero dimensione et ordine itaqȝ probe deffiniunt Metrum certam esse pedum obseruationem. Carmen quidem est ipsa pedum certo numero compositio. Quo nomine et vnum et duos. et plurimos versus opus integrūqȝ appellamus Versus ideo dicitur q̄ ab eo ad principium sequentis. reuertimur significatqȝ ipsam pedū seri m lineamqȝ. vt arborum sulsi ꝛ reliqui ordinis rerum.

Iam vt metrorum genera percipias rectius his etiam te institua̅ que fere ex Seruio sumpsi.

Loca in versu imparia dicimus primum. tertium. quintum ꝛ deinde paria secu̅ quartum. sextum. ꝛ deinde pentimemeris syllaba ē que post duos primos pedes terminat partem orationis significat ꝛ ipsos duos pedes cum syllaba sed si post heroicos heroica. si pᵒ trocheos trochaica dicitur. Si vero post quattuor in exametro pedes buccolica appellatur. Priscianus pentimemerim cesuram vocant semiquinariam. et heptimemerim semiseptinariam. Heptimemeris est cum post tres pedes eodem modo sequitur syllaba. Pedesqȝ ipsi cum syllaba eodem nomine appellantur. Catalecticus versus is dicitur cui vna syllaba deest. Brachicatalecticus cui due. Hypercatalecticus cui vna superest. aut due vt vult Priscianus. Acatalecticus qui legitimo fine concluditur. Lyricos versiculos dicimus quos poete ad lyram meditabantur. et concinebāt Unde versibus quoqȝ ab eorum autoribus nomen est inditum. nā alcinanius ab alcinane. stersichoro. alcaiᵒ ab alceo. ibicus ab ibico. anacreontius ab anacreonte. simonidius a simonide. pindaricus a pindaro. Bacchilidius a bacchilide. Asclepiadiᵒ ab asclepiade. Saphicus a sapho denominatus est. Monometrum vt inquit Seruius vel dimetrum. vel trimetrum. in iambicis. trochaicis et anapesticis metris per pedes duplices computamus. in ceteris per simplices. quanqȝ iambicum trimetrum senarium appellamus. Sed iam reliqua cum emendatione si poteris exemplari conferenda q̄ Maurus. Seruius de metris ad Albinum scribens tradidit subnectamus.

Sumpta ex Seruii centimetro.

De metris.

m Etra vel a pedibus vel a rebus nomen accipere. vel a frequentatoribus. vel a numero syllabarum Eaq; octo principalia id est. Iambicum. trochaicum. dactilicum. napesticum. choriambicum. antipasticum. Ionicum a minore. de quib⁹ carptim trahimus eligentes ea que ad palmam lucee perducit voluptas.

Metra iambica locis imparibus quinq; recipere possunt pedes. Iambum. spondeum. trocheum. dactilum. anapestum. Locis autem paribus tantũ Iambum vel tribrachum. Et apud comicos frequenter anapestũ. Ita tũ vt multarum breuium iunctura vtatur. Sed ex multis tredecim visui tradenda.

Aristophanum constat monometro hypercatalectico. vt est Hoc furit dolore.

Euripideum constat dimetro brachicatalectico. vt est Dee decus meum.

Anacreontium ꝯstat dimetro catalectico. vt est Dissolue baccha crines.

Archilochium constat dimetro acatalectico. vt est. Serena lux micat polo.

Alchaicum constat dimetro hypercatalectico. vt est. Amant venna paricide.

Alcinantum constat trimetro brachicatalectico. vt est. Doctos

Hipponatium constat trimetro catalectico. vt est. Mea renidet in domo lacunar.

Archilochium constat trimetro acatalectico. vt est Martem fatigat prodigus furor vite.

Hipponatium constat trimetro hypercatalectico. vt est. Pauper poeta nescit antra musarum.

Aristophanium constat tetrametro bracchicatalectico. vt ē Marcent lucerne sol propinquat non tamen vacat.

Anacreontium constat tetrametro catalectico. vt est Portam petens auram laxa vela solue male.

Anacreontium constat tetrametro hypercatalectico. vt est. Amor puelle triste pectus improbius fatigabit

Eristophanum constat tetrametro bracchicatalectico. vt est. Hic finis est iambi salue vindex doctor meli.

Metra trochaica.

t Rochaica metra locis imparibus hos recipiunt pedes. Trocheum tribracum et nonnunq; dactilum.

Locis vero paribus cum his quos memoraui spondeum et anapestum. Sed ex pluribus tredecim visui tradenda subieci.
Pancratium constat monometro hypercatalectico. vt est Autor optimus.
Ithyphallium. constat dimetro brachicatalectico. vt est Bacce iunge tigres.
Euripideum. constat dimetro catalectico. vt est. Vultur altius volat.
Alcmanicum. constat dimetro acalectico. vt est. Fistula canet subulcus.
Bacchilipium. constat dimetro hypercatalectico. vt est. Floribus corona texitur.
Sapphicum. constat trimetro brachicatalectico. vt. Rex paterque iupiter deorum.
Archilochium. constat trimetro catalectico. vt est Nox amoris et quietis conscia.
Sethadicum. cõstat trimetro acatalectico. vt est Arua sicca nilus intrat ire lett.
Sapphicum constat trimetro hypercatalectico. vt est. Splendet aurum gemma fulget. forma sed placet.
Sothadicum constat tetrametro brachicatalectico. vt est. Brachium nephas resonat cantitans hyrundo.
Archilochium. constat tetrametro catalectico. vt est. Telle tyrsos era pulsa iam lieus aduenIet.
Hipponatium constat tetrametro acatalectico. vt est. Pelle tonsis terga ponti vela tende iam pergamus.
Anacreontium. constat tetrametro hypercatalectico. vt est Parce iam carmina vati parce iam tenero furori.

Metra Dactilica.

m Etra dactilica principaliter constant dactilo. recipiunt tamẽ et spondeum. sed interdum in vltimo loco trocheum. sed ex plurimis decem et nouem visui tradenda subieci.
Adonium. constat dimetro catalectico. vt est. fundite fletus.
Himenaicum. constat dimetro acatalectico. vt est Tybia personet.
Alchilochium. constat dimetro hypercatalectico. vt est. Garula venit auis.
Alcmanium. constat trimetro catalectico. vt est. Tundite pectora palmis.

De metris.

Simonidium constat trimetro acatalectico. vt est. Indue pallia ierica.
Acinanium constat trimetro hypercatalectico. vt est Lurida bra chia cur detegis.
Archilochium constat tetrametro catalectico. vt Uirgo decens comulas religato.
Alcinantium constat tetrametro acatalectico. vt est Lumibusq3 puoi redig t vigor.
Alemanicum constat tetrametro hypercatalectico. vt est. Uita quieta nimis caret ingenio.
Stersichorium constat pentametro catalectico. vt est Marciacede deo tuo carmina phebe.
Simonidium constat pēthametro acatalectico. vt Partenopeus erat puer chadie decus.
Cirtiuum constat pentametro hypercatalectico. vt pulcra puella comas ambit sibi palmitibus.
Hereicum cōstat exametro catalectico. vt est Uulnera bella tube numero donantur hemeri.
Buccolicum ɔstat exametro catalectico. ita vt quartus dactil⁹ partem terminet orationis. vt est. Rustica siluestri resonat bene fistula cantu.
Ibicium constat exametro acatalectico. vt Sidera pallida diffugiunt face territa luminos.
Alcmanium constat exametro hypercatalectico. vt est Almaiveꝰ nus paphon ingreditur rosa luceat ex adytis.
Steracichorium. constat heptametro catalectico. vt est acacides iuuenis trahit hectora plangite pergama trees.
Ibicium constat heptametro acatalectico. vt est Carmina docte thalia canet properantius huc ades o puer.
Ibicium constat heptametro hypercatalectico. vt est Uersiculos sibi dactilicos puer optime quos facias.

Metra anapestica.

m Etra anapestica principaliter constant anapesto. recipiunt tamen frequenter spondeum. Raro proceleumaticum apō comicos etiam dactilum sepiusq3 vltima quum superest syllaba in duas soluitur breues. sed ex pluribus tredecim visui traden da subieci.
Intimū constat monometro acatalectico. vt est. Calidum iubar.
Choricum constat monometro hypercatalectico. vt est. Animus male fortis.

Aristophanum constat dimetro brachicatalectico. vt est. Venit optima calliopea.
Parthemiacum constat dimetro catalectico. vt est. Aditum veneris fuge virgo.
Pyndaricum constat dimetro acatalectico. vt est. Fuge menia iā thelamoniade.
Alemanium constat dimetro hipercatalectico. vt est Tremulum mare mellifluā nitet aura.
Archilochium constat dimetro acatalectico. vt est. Aditum fuge virgo sagax.
Pyndaricum constat trimetro brachicatalectico. vt est Medium rapido mare tibris adit fluuio.
Alcmanium constat trimetro catalectico. vt est. Date pierides mihi carmina dactilicorum.
Stersichorium constat trimetro acatalectico. vt est Iacet in thalamo tibi virgo decens veneris specie.
Simonidium constat trimetro hypercatalectico. vt est. Tuba terribili procul ere sonat clypeum cape miles.
Alcmanium constat tetrametro brachicatalectico. vt ē. sua munera fert venus alma rosas iuueni nitido cynare vide.
Aristophanum constat tetrametro catalectico. vt est. Date vina mihi date serta iuuat dare tempora tota lieo.

Metra choriambica.

c Horiambica metra principaliter constant choriambo verū quo durius suo pede claudantur accipiūt in fine antibachiū sed ex multis quattuor hec vsu tradenda subieci.
Aristophanum constat monometro ⁊ antibachio. vt est Purpureos tyrannos.
Anacreontium constat dimetro et antibachio. vt est. Virgilius mantua quem creauit.
Sapphicum constat trimetro et antibachio. vt est Dulcisone peridos versifico fauete.
Callimachium constat tetrametro et antibachio. vt est Armipotens mars genitor rhomulide te venias precamur.

Metra antipastica.

m Etra antipastica principaliter cōstant anapesto verum sēp prima parte qua iambum tenent spondeum libenter accipiunt. Sed ex plurimis quattuor vsui tradenda subieci.
Peanicum constat trimetro brachicatalectico. vt est Fauni semidei nomen adest.

Anacreontium constat trimetro catalectico. vt est. Curas mitificant dona liei.
Alcaicum constat tetrametro brachicatalectico. vt est Mecenas atauis lydia quos fert genite.
Alemanium constat tetrametro acatalectico. vt est. Infandum tetigit sydera carmen magice vatis.

Metra Jonica a minore.

m Etra ionica a minore principaliter gaudēt suo ac raro alterius pedis patiuntur accessū. sed ex plurimis sex vsui tradēda subieci.

Timocratium constat dimetro catalectico. vt est. Rosa veris specimen.
Anacreontium constat dimetro vt est. Sapientes deus audit.
Anacreontium constat trimetro acatalectico. vt est Fuge virgo fuge veneris manus.
Sapphicum constat trimetro acatalectico. vt est Tonat alta trabes nruis tibi nilus.
Phalerium constat tetrametro catalectico. vt est Tibi veneris fero donum sola quod dant veneri.
Alemanium constat tetrametro acatalectico. vt est Timor omnes docet artes timor auget bona mentis.

Metra Jonica a maiore.

m Etra Jonica a maiore principaliter constant Jonico suo. verumtamen & diiambum. & ditrocheum non recusant. solutionemq; patienter admittunt. tria vsui tradenda subieci.

Hypponatium constat dimetro brachicatalectico. vt est Palmā carpe victor.
Phrasilium constat trimetro brachicatalectico. vt est Fortis iuuenis sume coronam.
Horadicum constat tetrametro brachicatalectico. vt est Alpipina canit tempus fugit intende laborem.

Huculq; a Seruio de peonicis vsib⁹.

p Reter hec que digessit in suo centimetro Seruius inueniūtur et alia metrorum genera. vt Peonica & proceleumatica. Itē et alia de quibus deinde dicemus. Peonica epitritos sepe recipiunt. habentq; species tris.
Asclepiadium quod constat dimetro catalectico. vt Fulmineus impetus.

Pyndaricum constat dimetro acalectico. vt Comuaqꝫ miraberis.
Anacreontium constat trimetro catalectico. vt Metet enim segetem omnis impetus.
Proceleumaticum versum dicimus pyndaricum dimetrum catalecticum. vt Facile moriturus.

De dactilis.

Anteqꝫ de reliqua carminum diuersitate scribamus id tibi ꝑspicuum sit omnia metra que ex quadrisyllabis pedibus fiunt ad bisyllabos et trisyllabos posse reduci. et quia versus ipsi diuersis appellantur nominibus diuersisqꝫ metris et pedibus aliquando constant hec tibi tenenda censuerim. In dactilicis ille dicitur versus dimeter inicialis qui in dactilum desinit. vt Arma sonantia. Quos meos qui et dimeter nouissimalis in spondeum desinens erit talis. Terruit vrbem. Eadem ratione trimetros et tetrametros initiales nouissimalesqꝫ dicimus. qui tribus aut quattuor pedibus principalibus postremisve constant iniciales. Sic te diua potens cypri. et vt Oratio martem canet arbiter Nouissimales. vt Grato pyrrha sub antro. hi et pherecratū dicūtur. et vt Oratio lyra pectine cantat. hos et ithiphallos appellant. Communem dicunt communis mensure Illa eadem ratione pentametrum initialem ꝛ nouissimalem theodorus appellat. cuius quattuor esse species tradit.
Simium qui post quattuor dactilos dissillaba clauditur.
Sapphicum qui a dissyllabo pede incipiens. quattuor habet dactilos. aut vltimū choreticum. vt Nunc o pierides liceat mihi vertices. Communem qui immixtis dactilis ꝛ spondeis constat. vt Nūc o pierides date carmina muse.
Elegiacum de quo a principio diximus quarto loco ponit. Sed ex his que de id tantum nosse sit satis. qd hic versus etiam aliter ꝙ differuimus confici potest. id est Duobus primis pedibus vel dactilicis vel spondaicis vel alternis tertio spondeo ꝛ duobꝰ reliquis anapestis.
Elegiacum quoqꝫ multo antea appellauit qui post pentimemerim dactilum et pyrrichium habet. vt Et nihil est quod amem flamina minus.

De aliis speciebus dactilicoꝝ ꝛ reliqꝫs.

b Dactilicorum quoqꝫ species sunt. Eliconius qui spondeo et duobus dactilis siue choriambo et pyrrichio constat. vt. Odi partheinum nemꝰ.

De metris.

Asclepidius constat spondeo. dactilo. pentimemeri. et duobus dactilis. vt Mecenas atauis edite regibus. quanq̄ id genus spondeo duobus choriambis ⁊ pyrrichio confici volunt.

Eulochius spondeo. duobus dactilis. ⁊ trocheo. vt ampla coudere menia cepit.

Sapphicus spondeo trocheo spondeo dactilo ⁊ duobus trocheis. vt Phebe siluarumq; potens diana.

Phaleucius endecasyllabus spondeo dactilo et tribus trocheis. vt Omnes sulpitium legant puelle.

Alcaicus constat iambo et bacchio et duobus dactilis. aptius tamen spondeus in primo ponitur. vt odi prophanum vulgus et arceo. Alcaicus alius sed choriambicus dicitur. constat spondeo tribus choriambicis et pyrrichio. vt Tu ne quesieris scire nephas quē t quanq̄ rectius dicamus ꝯstare spondeo dactilo ⁊ pentimemeri. Item dactilo altero et pentimemeri ⁊ duobus dactilis.

Choriambicus alius constat tribus choriambis ⁊ duobus trocheis. vt Celsis eque phenicea veste nitens ibat archon.

Choriambus huic affinis constat duobus choriambis ⁊ tribus trocheis et syllaba. vt lector honoris meritis astra virgo conspicis capellas.

Asclepiadius maior constat spondeo et tribus choriambis. vt Vnum cardo rotat dum ferimur solliciti.

Archilochius heptameter constat duobus dactilis spōdeo ⁊ dactilo ⁊ tribus trocheis. vt Soluitur acris hyems grata vice veris et fauoni.

Sapphicum heroicum dissolutum Mallius vocat qui constat trocheo. spondeo et pentimemeri ⁊ duobus spondeis. vt Terruit vrbem res cui tanta est. Fiunt ⁊ versus ex diuersorum coniunctione et si dimidio pedes alii adnectuntur. vt

Enconologius versus est qui constat ex pentimemeri dactilica archilochia et pentimemeri iambi aristophanica. vt Signa cruenta duces volo referre.

Alcaicus pētimemeri dactilica ⁊ trocheis duobus. vt luna rubēs zephyros comminatur.

Archilochius pentimemeri dactilica. ⁊ dimetro iambico acatalectico archilochio. vt scribere versiculos amore percussum graui.

Archilochius alius tetrametro buccolico ⁊ tribus trocheis. vt Quam variis terras animalia permeant figuris. de alio archilochio apud Seruium habuisti.

Archilochius alius constat duobus dactilis et totidem trocheis.

vt comeret et nincis lapillis.
Iambilogus constat pentimemeri iambica aristrophanica et pentimemeri dactilica archilochia. vt Fontes rigabunt gramina letificos.
Saturnius. dimetro iambico catalectico anacreontico et dimetro iambico brachicatalectico ithiphallico. vt Isis pererrat orbē coma nibus profusis.
Saluiambicus dimetro iambico catalectico archilochio et anapesto vel spondeo et iambis duobus. vt Furens refundit vnde tremulos sinus freti.
Archilochius dimetro iambico catalectico et pentimemeri heroica archilochia. vt Niuesq deducunt iouem nunc mare nunc silue.
Archilochius anapesticus dimetro catalectico perthimiaco et dimetro troiaco brachicatalectico ithiphallico. vt Remeat vir ab arce tyranni vultibus cruentis.
Priapeus glicomio et pherectatio hoc est spondeo choriambo pyrrithio vel iambo spondeo dactilo et spondeo. vt hellespōtiacum tuum numen protegat hortos. sed hoc rectius ad heroici exametri speciem referemus.
Anacreontā dimetri sunt constantes anapesto diiambo et syllaba et aut sunt acatalectici aut catalectici aut hypercatalectici. Fiunt et trimetri qui constant trocheo iambo pyrrichio et spōdeis Iambicis trimetris et aliis versibus diuersa ab illis superioribus nomina indiderunt que prosequi parum expedit. sed hec submonere sit satis Iambicus versus quem diximus a nostris vocari senarium. propter velocitatem qua sequenti pedi in loco pari in quo consistit annectitur trimeter dictus est huius rationis est auctor. Horatius.
Syllaba longa breui subiecta vocatur iambus. pes citus. Unde etiam trimetris accedere iussit. Nomen iambeis cum senos redderet ictus. Eadem ratio est in trochaicis et anapesticis. Is ergo si vnum pedem trisyllabum suscipit tragicus dicitur. Si tris pluresue comicus. Si duos satyricus. De comicis autem vt habeas plenam noticiam vide Prisciani opusculum de ratione illorum. ¶ Reciprocus in elegiacum est. qui conuersa scansione elegiacū reddit. vt Micant nitore tecta sublimi aurea. ex quo fit Aurea sublimi tecta nitore micant. Hipponatius qui in vltimo trocheum siue spōdeum habet. Simonidius dicitur qui et pyndaricus dimeter anapesticus. Peanicus qui intimius monometer. Pyndaricus qui choricus monometer.

De diuersorum versuum connexionibus.

De metris.

i Am varias versuum coniunctiones ostendam. Sed pri- mum nosse oportet singulas fere species p se stare et librū etiam conficere posse diversisq materiis diversa genera carminum accommodanda et flaccum et ovidium precepisse Itaq bella et regum ducūq negocia magnifica et graviora heroico car- mine complectemur Querimoniam iocos z leticiam elegiaco. sed eo in sacris etiam est vsus. Ovidius. Convicia iambico. Eodemq res comicas id est humilium personarum gesta et sermones. Eos- dem principum scelera et tragedias exponemus. Lyricis vero omnia illa que horatius demonstrat in arte poetica. cuius studi- osum te esse cupio. Musa dedit fidibus divos puerosq deorum. Et pugilem victorem et equum certamine primum. Et iuvenum curas et libera vina referre. In aliis vero doctorum sequemur ex empla. Hec quoq sunt necessaria congnitu. Carmen vno versuum genere constans. Monocolon id est vnimenbre dicimus. vt Luca ni. Quod duobus generibus dicolon. Quod tribus tricolon. Il- lud autem quod secundo loco varietatem accipit quia ad primum post duos convertimur distrophon appellamus vt est elegiacum.

Quod quarto loco tetrastrophon. vt Sapphica adonicum pre- cedentia. Nunc de decolis distrophis. inde de reliquis desserim⁹

Carmina dicola distropha.

h Eroico versus adnectitur elegiacus que cōnexio elegia di citur z fit decolos distrophos. vt Augustam grypis domi nante semper amabo. Respice cultorem gens ꝑrusina tu um. heroico subiicitur. alcmanicus dactilicus tetrameter acatalec ticus constans quattuor dactilis spondeisve aut promiscuis. Lau- dabunt alii claram rhodon aut mitilenem Aut ephesum bimarisq corinthi. Hor.

Heroico iungitur archilochius dactilicus dimeter hypercatalec- ticus. vt diffugere nives redeunt iam gramina campis. Arbori- busq come. Hor.

Heroico archilochius constans dimetro iambico acatalectico et pētimemeri heroica. vt Horrida tēpestas celum ꝯtraxit z imbres. Nivesq deducunt nunc mare nunc silve. Hor.

Heroico archilochius dimeter acatalecticus constans iambis q̄t tuor. sed in imparibus trocheum sive spondeum admittēs. vt Mol lis inertia cur tantam diffuderit imis. Oblivionem sensibus.

Hor.

Heroico hipponatius trimeter iungitur. constat iam bis sex. quas in locis paribus seruat. vt.
Altera iam teritur bellis ciuilibus etas.
Suis et ipsa rhoma viribus ruit. Hor.
Choriambo monometro aristophanico subditur Sapphicus trimeter choriambicus ex trito secundo et duobus choriambis constans. vt Lydia dic per omnes.
Te deus oro sybarim cur properes amando. Hor.
Choriambico gliconio trimetro qui fit spondeo choriambo et pyrrhychio nectitur.
Asclepiadius cõstans spõdeo dactilo pẽtimemeri duobusq; dactilis vel spõdeo duob' choriãbis ꝛ iãbo. vt Sic te diua potẽs cypri. Sic fratres helene lucida sydera. Hor.
Archilochio dactilico qui constat tetrametro buccolico et tribus trocheis iungitur archilochius. ex pentimemeri iambica et trib' trocheis. vt Soluitur acris hyems grata vice veris et fauoni Trahuntq; siccas machina carinas. Hor.
Archilochio acatalectico qui constat Amphibraco et duobus iambis. Hipponactius catalecticus ex quinq; iambis et syllaba. vt. Non ebur neq; aureum.
Mea renidet in domo lacunar. Hor.
Archilochio iambico trimetro catalectico qui spõdeum et anapestum in imparibus recipit. Archilochius iambicus dimeter acatalecticus. vt quicunq; sola mente precipiti petit. Summamq; ardet gloriam. Bo.
Archilochio trimetro subditur elegiacus. vt Quamuis fluente diues auri gurgite. Non expletura(s) cogat auarus opes.
Bo.
Hipponatio iambico trimetro acatalectico archilochius dimeter acatalecticus iambicus. vt Ibis liburnis inter alta nauium Amice propugnacula. Hor.
Hipponatio trimetro acatalectico iungitur sapphicus ex pẽtimemeri heroica et dimetro iambico. vt Pecti nihil me sicis antea iuuat. Scribere versiculos amore percussum graui. Hor.
Asclepiado qui spondeo dactilo pentimemeri duobusq; dactilis constat nectitur pherecratius inter duos spondeos dactilum hñs. vt si quantas rapidis fluctibus incitus. Pontus versat arenas.
Bo.
Asclepiadio supradicto archilogius iambicus dimeter acatalecticus. vt Heu heu ꝙ miseros tramite deuio. Abducit ignorantia.
Bo.

Sapphico qui ex trocheo spondeo dactilo et duobus trocheis adducitur gliconius dactilic⁹ ex spondeo duobusq; dactilis. vt Cum polo phebus roseis quadrigis Lucē spargere cepérit. Bo.
Anacreontio iambico dimetro catalectico Pherecratius trimeter. vt Quisqs volet perennē Caut⁹ ponere sedem. Bo.
Phalecio pentametro endecasillabo iungitur archilochi⁹ ex duobus dactilis totidēq; trocheis. Quamuis se tyrio superbus ostro Comeret et niueis lapillis. Bo.
Phalecio eidem elegiacus vt quid tantos iuuat excitare motus Et propria fatum sollicitare manu.
Alcmanico dactilico tetrametro acatalectico adnectitur.
Archilochius dimeter iambicus acatalecticus. vt sūt etenim pēne volucres mihi. Que celsa conscendant poli. Bo.
Alcmanico dactilico trimetro hypercatalectico spondeum vbiq; suscipienti pherecratius anapestum quandoq; admittens adducitur vt Omne hominū genus in terris Simili surgit ab ortu. Bo.
Alcmanico dimetro trochaico acatalectico pherecrati⁹. vt quos vides sedere celsos Solii culmine reges. Bo.

Carmina dicola tetrastropha.

Asclepiadius dactilicis tetrametris tribus gliconius adducitur et fit dicolos tetrastrophos. vt scriberis vario fortis et hostium Victor meonij carminis alite. Quam rem cūq; ferox nauibus aut equis. Miles te duce gesserit. Hor.
Sapphicis dactilicis tribus Adonius dimeter dactilicus iungitur. vt Jam satis terris niuis atq; dire Grandinis misit pater ac rubente. Dextera sacras iaculatus arces. Terruit vrbem. Hor.

Carmina tricola tetrastropha

Asclepiadius duobus tetrametris subditur. Pherecrati⁹ statimq; gliconius huic adducitur. et fit tricolos tetrastrophos. vt Quis multa gracilis te puer in rosa Perfusus liquidis vrget odoribus. Grato pyrrha sub antro. Cui flauam religas comam. Hor.
Alchaicis duobus ex iambica pentimemeri duobusq; dactilicis heret archilocibus iambicus dimeter hypercatalecticus spondeū suscipiens in imparibus quem statim alcmanic⁹ tetrameter sequitur. vt Vides vt altum stat niue candidum Soracte nec iam sustineant onus. Silue laborantes geluq;. Flumina constiterint acuto. Hor.

Peroratio.

h Ec precepta et carminum genera. hasq; connexiones eorum obseruatas apud lyricos nostros multa quidem lucu

bratione fideliter & conscripsi. Quod tibi perspicuum erit. si cū aliis id genus volumnibus conferes. Velim autem hec nostra fascias tanti vt his non nimiū succinctis. nec sane profusis institutionibus alienum quemuis a musis ad carmen excitari posse non ambigas. Nam si post scansionis precepta modos quibus syllabarū quantitas noscitur recte tenuerit. Illamqꝫ per eos inuestigarit. et in dubiis ad regulas se reiecerit. facile adonicos. vel quoscūqꝫ dactilicos aliusve generis versiculos texet. Inde ad maiores se conferet Sicut autē venam natura subministrarit hac exercitatiuncula non indigebit sed statim ad heroicum. seu qđ maluerit genus animum applicabit.

Atqꝫ vt hec omnia ocius & facilius assequatur hic mos in discendo seruabitur. Heroicum statim a postremis duobus pedibus incipiat tyrunculus scandere & quod precedit in quattuor pedes temptet diuidere. Eadem in pentametro disciplina seruanda est duos postremos dactilos cū pētimemeri enūciabit idereliquū i duos pedes et pentimemerim diuidet. Postea recto ordine et pedes resumet hac via proficiet illico. Studebit pariter et principio operis. & vltime syllabe cognitioni. Post vbi modos illos quibus prima syllaba noscitur fuerit peruagatus ad medie cognitionem accelerabit. Interea vero syllabarum rationem aliqua exercitatiuncula secum sepe pertractet vel reddat examinanti. Hoc ego pacto vel tardiusculi adolescentes ingeniū heroicos elegosqꝫ componere intra vicesimum aut tricesimum diem docere me hercule soleo. qđ velim non ad iactantiam sed ad te et alios cohortandum stimulandumqꝫ dictum existimes. In reliquis que sequuntur carminum singula genera connexionesqꝫ eliget per quas se quodam exerceat ordine. Nam velle vno impetu omnia assequi est dementia nō profectura. Et quia video iam me plurimos dum tibi prodesse studui. ad musicum studium excitasse. librum hoc carmine finiam.

Me duce musarum choreas ingressa iuuentus.
Que fingis dulci carmina docta sono.
Seu te meonio delectat ludere cantu.
Siue per vndenos nectere verba pedes.
Seu quoscunq; iuuat numeros contexere phebo.
Digna cane. obcenos non amat ille modos.
Et si non celebres me carmine. dicito saltem
Hec per Sulpitium plectra lyramq; gero.

Ad Aulum.

Quid iuuat heroo claudum miscere trocheum.
Vltima communis syllaba semper erit.
Tullius et fabius sic precipere. videbis
Totum opus. et siquid displicet. Aule mone
Ast vltra hunc alios etiam quandoq;. licenter.
Temporis immiscent non ratione pedes.

Hic explicit tota grāmatica Sulpitii.